

stia fidei nulla erat. . . . sed superioribus temporibus omni modo laicit sacramentum iustificacionis ex fide. Vide plura Lib. XVI. de Civit. Dei cap. xxvi. & xxvii. S. Thomas III. Part. quæst. lx. art. 4. inquit: *Ad omnibus communitur ponitur, quod in circumcissione peccatum originale remittebatur.*

II. Circa modum quo circumcisio remittebatur peccatum originale, Scotus docet id præstitisse ex opere operato. Contrariam sententiam docet S. Thomas loc. cit. his verbis: *In circumcissione autem conferatur gratia, non ex virtute circumcissionis, sed ex virtute passionis Christi cuius signum erat circumcisio; ita scilicet quod homo qui accipiebat circumcissionem, proferebatur se suscipere talem fidem, vel aditus pro se, vel aditus pro alio.* Plura sunt & Scripturarum, & Patrum testimonio quæ doctrinam hanc confirmant, quæque brevitas studio prætereo.

CAPUT X.

De auctore, & institutore sacramentorum.

I. Anequorum Scholasticorum aliqui docuerunt, Apostolos ex Christi concessione aliqua instituisse sacramenta presertim confirmationem, & extremam unctionem. Plures nunc, & quidem graves Theologi, ut Bellarmius, Valquez, Becanus, & alii docent, de fide esse, omnia sacramenta Christum Dominum immediate per se ipsum instituisse. Alii negant id esse de fide; quamvis adfirmet ipsum respice omnia sacramenta immediate instituisse; & qui oppositum sentiret, fortassis temeritate non vacaret. Ita docent Soto, Estius, Suarez, & hodie communis sententia est.

II. Dicendum igitur, Christum Dominum omnia & singula sacramenta novæ legis immediate per seipsum instituisse. Hoc aperte docent Scripturæ divinæ, quarum testimonio supra recensui, dum sacramenta novæ legis septem esse declaravi. Apostoli ipsi ministris se, non institutores sacramentorum appellant. S. Paulus inquit I. Cor. III. *Quid est Apollo? Quid vero Paulus? Ministri eius est Apollo?* Et rursus cap. iv. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Et S. Petrus Epist. I. cap. iv. omnes Apostolos vocat *dispensatores multisiformis gratiæ Dei.* Accedit traditio Patrum. S. Ambrosius Lib. V. de Sacram. cap. xv. inquit: *Ergo auctor sacramentorum quis est nisi Dominus Iesus? De celo ista sacramenta venerunt.* S. Augustinus de vera Religione

cap. xvii. *Ab ipsa Dei sapientia, homine assumpto, a quo in libertatem vocati sumus, a pœna saluberrima constituta sunt, quæ societas christiani populi, hoc esse sub uno Deo libere multitudinis, continerent.* Tandem Concilium Tridentinum sess. vii. can. 1. si qui dixerit, sacramenta novæ legis non fuisse omnia a Iesu Christo Domino nostro instituta, anathema sit. Et de extrema unctione sess. xiv. can. 1. hæc decernit. *Si quis dixerit, extremam unctionem non esse verum & proprium sacramentum, a Christo Domino nostro institutum, & a Beato Iacobo Apostolo promulgatum, anathema sit.* Adeo loculenti sunt canones isti, ut vix percipere valeam, quomodo, salva fide defendi possit, sacramentorum aliquod ab Apostolis institutum fuisse. Idcirco mihi probabilior est sententia Bellarmii, & aliorum, de fide nempe esse, omnia sacramenta novæ legis instituta fuisse immediate a Christo Domino. Nam si Apostoli aliquod sacramentorum instituisset, revera Christus non esset omnium sacramentorum conditor. Concilium autem definit, omnia sacramenta condita esse a Christo Domino. Nec est quod reponatur, Christum dici omnium sacramentorum institutorem, quatenus ipse potestatem tradidit Apostolis aliqua instituti sacramenta. Nam hæc inferatur, Christum res ipsa non esse institutorem. An quicumque unquam docuit, Apostolos propria potestate instituisse sacramentum aliquod? Omnes illi qui asserunt, Apostolos aliquod instituisse sacramentum, docebant id præstitisse potestate sibi a Christo communicata. Cum ergo Concilium definiat, omnia sacramenta Christum Dominum instituisse, perspicue excludit ab hac institutione Apostolos, & Christum Dominum illa immediate candidè constituit.

III. Ratione eadem veritas confirmatur. Deus per se & immediate instituit sacramenta veteris legis, quæ erant ægna elemento. Ergo potiori iure instituit omnia sacramenta novæ legis, cum sint perfectiora, & abundantiora dona efficiant. Præterea quis elemento sensibili vim animam sanctificandi, quis aquam, oleum, panem ad gratiam conferendam elevare, nisi solus Deus, valet? Tandem Iesus Deus adificator Ecclesie est: solus Deus fidei articulorum conditor est. Ergo solus Deus institutor est sacramentorum, quæ sunt sacra illa symbola quibus divinum ædificium munitur, obfignatur, atque perfectitur.

IV. Non contenti Scholastici plures ea explanare quæ Deus fecit, ultra ad disputandum pergunt, num communicare saltem Deus

possit

possit simpliciter creaturæ instituti sacramenta potestatem. Sententiam negantem Scotus, Gaubert, Durandus, Valquez, & alii; adfirmantem Thomæ, Suarez, Valentia, Vescidiani omnes, pluresque alii delectant. Quid abuteret, si controversiam hanc disputandam susciperent. Triplicem distinguo potestatem: auctoritatis, quæ soli Deo convenit; excellentiæ, quæ humanitatis Christi propria est; ministris, seu delegata Ecclesie ministris, qui eadem infrastructa, sacramenta a Christo instituta perficiunt, & dispensant. Potestatem auctoritatis non posse creaturæ impertiri, docent omnes, cum hæc solius Dei propria sit. At quod Deus possit excellentiæ potestatem creaturis communicare, docent S. Thomas III. Part. quæst. lxxv. art. 4. *Potest ministris communicare, dando scilicet eis tantam gratiam pœnitentiæ, ut eorum meritum operaretur ad sacramentorum effectus, ut ad invocationem nominum ipsorum sanctificarentur sacramenta, & ipsi possent sacramenta instituire, & sine ritu sacramentorum effectum sacramentorum conferre solo imperio.* Subdit tamen ad 1. res ipsa hæc Deum potestatem excellentiæ non communicare Ecclesie ministris propter fidelium utilitatem, ut in hominibus spem poneret, & ne essent diversa sacramenta, ex quibus diversis in Ecclesia viveret; sicut apud illos qui dicebant: *Ego sum Paulus, ego autem Apollo, ego vero Cephas.* Quæ contra hæc dicta opponi solent, prætereo, cum non sit pretium opera ea expendere.

CAPUT XI.

De sacramentorum ministris.

Plura scitu necessaria de sacramentorum ministris dicenda occurrunt: idcirco caput illud in sequentes §§. tribuo, ut quæ disputari a Theologis de ministrorum institutione, de gratiæ productione, de illorum intentione, fide, & probitate solent, exposite clarius valeam.

§. I.

Sacramentorum ministri, ad causæ instrumentales, active cum ipse sacramentis conferunt ad sanctificationem. Solum homines viatores sunt sacramentorum ministri.

I. Si ipsa sacra symbola divina virtute elevari ad gratiam producendam, non est cur hæc prerogativa ipsis ministris denegetur. Sed factum divinis Scripturis exi-

tendum est. Minister sacramenti poenitentiae vere absolvit a peccatis, ut habetur Ioann. xx. *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Rationem congruam præbet S. Thomas III. Part. qu. lxv. art. 1. ubi inquit: *Homo potest operari ad interiorum effectum sacramenti, in quantum operatur per modum ministris. Nam eadem ratio est ministris, & instrumentis: utriusque enim actio exterior adhibetur, sed sortitur effectum interiorum ex virtute principis agentis, quod est Deus.* Porro sacramenta sunt causæ instrumentales effectrices sanctificationis nostre. Ergo etiam ministri eadem sacramenta ministrant. Excipitur tamen Eucharistia sacramentum, quod non consistit in usu. Elapsa enim ministris adione, consistit sacra symbola, seu species, sed quibus vere, & realiter corpus Christi continetur: Scilicet sacramenti sumpto gratiam conferit ipsam ministri adione. Cetera sacramenta, quæ in adione conditura sunt, cum adione ministris unam constant, sicut instrumentalem ad sanctificationem producendam.

II. Solus homo viator, sed non omnis, est ordinarius, & idoneus minister sacramentorum. Id exprimitur ex divinis Scripturis. *Accipite Spiritum sanctum; quorum &c.* Ioann. xx. Et Paulus I. Cor. iv. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi &c.* Item II. Cor. III. *Qui nos idoneos ministris novi testamenti fecit.* Rursus Hebr. v. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis: qui condolare possit his qui ignorant, & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitatibus &c.*

III. Quid si Angeli, assumpto visibili corpore, sacramenta ministrarent? S. Thomas III. Part. quæst. lxxv. art. 4. respondet: *Solendum tamen, quod sicut Deus virtutem suam non alligavit sacramentis, quia possit sine sacramentis effectum sacramentorum conferre, ita etiam virtutem suam non alligavit Ecclesie ministris, quia etiam Angeli possunt virtutem tribuere ministrandi in sacramentis: Et quia boni Angeli sunt nulli veritatis, si aliquid sacramentale ministrarent a bonis Angelis proficerent, esset ratum habendum: quia deberet consistere hoc fieri voluntate divina; sicut quædam templa dicuntur angelico ministerio consecrata. Si vero demones qui sunt spiritus mendaces, aliquid sacramentale ministrum exhiberent, non esset ratum habendum. Si sancti comprehenderent, corpore per miraculum assumpto, se visibiles præberent, ministrare hi sacramenta possent; ut indicare*

C 2

S. Tho.

S. Thomas loc. cit. ad 2. videtur. Sed hæc omnia extraordinaria sunt, quæ humanæ mentis aciem fugiunt.

IV. Solus, sed non omnis, homo idoneus est sacramentorum minister. Oppositum docuit Lutherus, qui potestatem ad usum distinguit. Potestatem administrandi sacramenta collibet Christiano per baptismum tributam asserit. Usum autem illius potestatis usurpare neminem ibi debere contendit; nisi qui legitime vocatus fuerit. Sic enim scribit in Libro ad Præsenles, *Sacerdos, in novo præferta testamento, non fit, sed nascitur; non ordinatur, sed creatur. Nascitur autem in baptismo, sicutque profusus omnes Christiani sacerdotes. Inimò pueris, & feminis administrandi sacramenta potestatem concedit. Hanc quippe illius propositionem damnavit Leo X. Ubi non est Sacerdos, æque potest quilibet Christianus sacramenta administrare, etiam si mulier, aut puer esset. Quid quod ipsi demoni hanc potestatem tribuit Lib. de Missæ præfatis, & unct. Sacerd. ubi hæc scribitur. Si diabolus ipse veniret, & ego postea reciperem, diabolus sic irrepisset in officium Pastoris Ecclesiæ, specie hominis vocatum ad predicandum, & publice in Ecclesiâ docuisse, celebrasse Missam, & ablovisse a peccatis, & tamen munere functum esse iuxta institutionem Christi: tunc cogemur fateri, sacramenta ideo non esse inefficacia; sed verum baptismum, verum Evangelium, veram absolutio-nem, verum sacramentum corporis, & sanguinis Christi accepisse. Accipere Lutherus cum suis Lutherani a diabolo sacramenta potest, quicum modicum salis se comedisset, familiariter habuisse consuetudinem, iactabundus testatur, quin eius consilio se quoque motam asserit ad Missam abrogandam. Calvinus e contrario solis ministris, a Deo vocatis, minus ministrandi sacramenta ita audiuit, ut exprobrat Tridentinis Patribus, quod, urgente necessitate, feminis facultatem baptizandi fecerit. Hæc enim scribit in Antidoto ad Iess. vii. & can. x. Ergo cum peculiaris requiratur vocatio, nemo, nisi vocatus, honorem sibi usurpet. Porro minus baptizandi ubi multatoculis in unctum reperient, quemadmodum illis permittunt? Per errorem extrema gradiuntur frequenter hi duo hæreses.*

V. Non quilibet homo christianus, sed illi tantum qui in Ecclesiâ legitime ordinari sunt, potestatem habent sacramenta ministrandi. Hæc veritatem Catholici omnes docent adversus Lutheranos. Eam tradunt Scripture sanctæ. S. Paulus Ephes. iv. inquit: *Uncti-*

que data est gratia secundum mensuram donationis Christi.... Ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii. Quam doctrinam familiariter illustrat similitudine membrorum humani corporis Epist. I. ad Cor. cap. xii. ubi fule ministerii diversitatem explicat. Et divinos ministratorum sunt, idem autem spiritus.... Alii quidem per spiritum datur sermo sapientiæ.... alii fides in eodem spiritu, alii gratia sanctorum in uno spiritu, alii operum virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii generalium linguarum, alii interpretatio sermonum.... Nam & corpus non unum est membrum, sed multa. Si dixerit pes: Quoniam non sum manus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore?.... Si totum corpus oculus, ubi audiret? Si totum auditus, ubi odoratus?

VI. Nec est quod Lutherus reponat; Apostolum non de potestate, sed de potestatis usu loqui. Nam de eo loquitur Paulus potestate quam Apostoli a Christo, & Aaron a Deo acceperunt. *Nec quisquam sinit sibi honorem, sed qui vocatus a Deo tamquam Aaron* Hebr. v. Sed hi potestatem, unde unus manat, a Deo acceperunt. Et profecto si in ipsa lege veteri culibet licitum minime fuit, sed iis tantum qui abs stirpe Aaron descendebant, sacra peragere; quanto magis in lege nova a sacro ministerio arceudi illi sunt qui legitimam potestatem media sacra ordinatione non acceperunt?

VII. Tandem Concilium Tridentinum, sess. vii. can. x. hanc articulum definiit. *Si quis dixerit, Christianos omnes in verbo, & omnibus sacramentis administrandis habere potestatem; anathema sit.*

VIII. Opponit Lutherus, Petrum Epist. I. cap. ii. omnes Christianos vocare genus electum, regale Sacerdotium. Et S. Ioannes Apocal. i. inquit: *Fecit nos regnum, & sacerdotes Deo patri suo.* Resp. Omnes Christiani sunt Sacerdotes metaphoricæ, & improprie, quatenus precum habent, & bonorum operum sacrificia Deo immolant, ut ibidem S. Petrus declarat. Et ipsi tanquam lapides vivi superedificantur domus spiritualis, Sacerdotium sanctum offerre spirituales hostias, & acceptabiles Deo per Iesum Christum.... Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes amantetis etas &c. Eo modo Christiani Sacerdotes vocantur, quod dicuntur lapides vivi, domus spiritualis, Reges &c. Dignitatem, & prerogativas christiæ professio-

nis

nis ibi describit S. Petrus. Plura eiusmodi quæ opponi solent, prætereo.

§. II.

De intentione in perficiendis sacramentis. Novatorum sententia. Doctrina Catharini a censura vindicatur.

I. Ministerio intentio propositum voluntatis est quod minister sacramentum conferre deliberat. Triplicem distinguunt Theologi intentionem, habitualement, actualement, virtualement. *Habitua* aliis propterea quædam facilitas est operandi, seu prona voluntas, & dispositio ad opus prestandum; nullo tamen modo in actum erumpit, de quo saepe nec cogitatur quidem. Sic vino recocti, aut somno capti ea interdum agunt que usum adeo frequentabant. *Actualis* intentio est præsens animi applicatio, & attentio ad opus quod respicitur agitur. Sacerdos, dum confert sacramentum, actu cogitat de eo confertur, & actu intendit illud ministrare. Hanc rursus distinguunt in *directam*, qua agens rem vult; & in *reflexam*, que tendit in ipsam actum quæ voluntas rem vult. *Virtualis* illa dicitur quæ est actuali intentione precedente manat, quæque nec per contrariam intentionem, nec per longam temporis moram interrumpitur. Heinc minister qui, dum confert sacramentum, alio distractus, actu non cogitat de sacramenti administratione, non habet intentionem actuali: qui tamen prout illum habuit, nec eam retrahit, nec fluxit notabile tempus, sufficiens ad illam interrumpendam, dicitur habere intentionem virtualement: quia prior actualis virtute permanet; & vi prioris actus ad agendum ille se applicat. Verbo, intentio actualis transit quidem, prout est actualis, ad virtutem remanet.

II. Convenit penes omnes Catholicos, intentionem habitualement nequaquam sufficere ad sacramentum perficiendum; sicut actualement non esse necessaria, sed sufficere virtualement. De hæc virtualis intentionis qualitate acriter disputant inter Theologi catholicos, quorum plerique infra expendam. In præsens intentionem quam Catholicos omnes contra novatores propagant, ob oculos pono.

III. Lutherus non modo plura sacramenta a Christo instituta de medio subtrahit; verum etiam ministris valide perficere duo illa sua sacramenta contendit, tametsi scurras, & mimos se prodant, atque iocantes, & ludentes baptizent. Hic est enim illius arti-

Cpse, Theol. Tom. VIII.

colus quem num. 12. proseripsit Leo X. *Sacerdos non serio, sed ioco abluisset, si tamen credat se esse absolutum, verissime absolutus est.* Quem errorem solius explicat Lib. de capisut. Babylonica.

IV. Calvinus in Antidoto ad can. xi. sess. vii. Concil. Trid. hæc scribit: *Parvi se facere anathema sua ostendunt, in quibus fundamentis adeo sunt prodigi, quod de intentione confectandi garriunt, a sophistis nulla probabili ratione fuit proditum.... Nam si necessaria est ministerio intentio, nemo est nostrum qui certum baptismi sui fidem facere sibi ausi.... Quoniam erit fides que pendebit a secreta alterius voluntate? Et adhuc sua anathemata, hoc est suos creptus, nobis minari potest ipsi non verentur, nisi nos subscribamus tribus blasphemias. Ego vero sanctam Ecclesiam institutioni tantum desero, ut si Epicurus quispian, intus tantam actionem subsannans, mihi canam ex Christi mandato, & secundum regulam ab eo datam, ritumque legitimum administrat, nondubitem patrem, & calicem illius nunc porrectum, revera mihi esse corpus, & sanguinem Christi pigora. Putidas faciens nentis piget excutere, ubi dicunt: Saltem saccens quod fecit Ecclesiæ. Qualis fuerit Calvinus spiritus, ex eiusdem gravi, modesta, & ac prudenter locutione colligere quisque valet. Lutheri errorem temperat Calvinus, qui exteriorem Lutheri irruptionem, & sublationem, interiore in Epicureo facit. Requirit ipse exteriorem administrationem, serio, & legitimo ritu peractam. Improbatur ergo & ipse Lutheri errorem: ergo probatur necessum est anathema in illum a Tridentino latum. Prætereo nunc quod Calvinus Epicureum instituit sacramenti eucharistici idoneum ministrum.*

V. Martinus Chemnitzius part. ii. exam. in præfatum canonem plura confectam mendacia, ut invidiam Catholicorum doctrinæ confect. Ab errore magistri sui Lutheri recedere videtur, inquam: *Non hæc vult institutio baptismi, ut fiat vulgaris aliqua solutio, vel qua ex professo nihil aliud sit quam ves videlicet iustus, vel mimica subsannatio, vel profanatio institutionum cum recitatione verborum; sed requirit ut peculiaris instituat actio, & quidem illa actio quam Christus instituit. Et hoc sufficit ad serendam institutionem.* Viden, quam prese, & peripiente loquantur thralones isti, qui continenter blaterant adversus implicatam quorundam Scholasticorum locutionem? Resicere hic videretur Chemnitzius exteriorem usum, & mimicam actionem. Fateatur ergo oportet, iure errorem Lutheri sui, cui baptismum ioculari

C 3 admi-

administratione collatum, validum docuit, damnatum esse. Calumniam vero quam Scholasticis impingit Chemnitius ibidem, hæc est. *Scholasticus . . . docuerunt ad veritatem baptismi requiri non tantum formam institutionis, verum etiam intentionem ministri, tamque non tantum respectu actus baptizandi, ut obiecti, sed etiam respectu baptizati, qui est finis & terminus.* His mendacis opus erat ut invidiosam efficeret Catholicorum doctrinam. Catholici omnes docent, non requiri intentionem producendam effectum qui sacramentum consequitur; requirunt vero ministrum serio intendentem facere quod facit Ecclesia. Lutheranorum autem consolatio, & securitatem interturbare haud debet sine ebrietas, sine infamia, sine scurrilitas ministri. Hæc sunt caveantur Lutheranæ, & Calvinianæ portenta. Si ita res se haberet; cur Deus hominum ministerio sacramentorum dispensationem commisit? Reicienda est ministri intentio, ne fideles, incerti de hac occulta intentione, angustii venterent? Si hæc ratio urget, reiciendum erit absolute hominum ministerium, ne fideles ambigentes, num forma, aut materia vitata sint, perpetuis conscientiarum aculeis torqueantur. O lepidum hominum genus! Utique non adeo facile est res, & verba immutare; tamen frequentissime tum formam, tum materiam depravare, mutilare, invertere pro arbitrio ministri iniqui valent. Quid tum de consolatione, de gaudio Lutheranorum, & Calvinianorum? In hoc errorum chaos se coniecerunt miseri homines, ex quo Dei precipitum Ecclesie, ne deficiat in necessariis, denegare ausi sunt. Divina providentia, que hominum ministerio fua concedit sacramenta, illa ipsa est que ministrum idoneum cœtui suo donat, donabitque usque ad consummationem sæculi, ut sacramentalia symbola recte & rite administrant fidei populo.

VI. Ambrosius Catharinus Politi Episcopus Minorensis tempore quo Concilium Tridentinum, cui interfuit & ipse, celebrabatur, opusculum de ministri intentione edidit. Hæc ille proponit dicenda. *Dicendum, quod intentio ministri dicitur esse in hoc ut intendat facere quod Christus, & Ecclesia facit, etiamsi ipse nihil credat fieri. . . . Ponamus ministrum omnia exterius facere quæ iubet Ecclesia, intus autem aliud servare in animo, scilicet ut intendat devotissime baptizare. Hoc est quælibet quod ille proponit relolvendam. Et his verbis respondet. Non alia intentio ministri requiritur, nisi ut intendat exterius facere quod facit Ecclesia; quamvis ipse neque cre-*

dat Ecclesiam, neque illum baptismi spiritualium effectum: sed satis est ut intendat facere quod Ecclesia iubet per ministros fieri, namque quod illa per ministros facit, ipse facere intelligitur. Quid ergo fecit Ecclesia per ministros baptizanda? Nisi quod legitime utilis materia, adhibens suam verborum formam. Hoc igitur si facit minister, profectio illud facere intendit, si sit mente sanus. Quis enim vigilans faciat aliquid quod facere non intendit?

VII. Bellarminus *Lib. I. de sacram. in gen. cap. xxvii.* contendit, hæc Catharini opinionem non in alio ab hæreticorum errore discrepare, nisi quia Catharinus in fine opusculi subicit se Apostolicæ Sedi, & Concilio de Lugo disp. vii. de sacram. sect. 2. eandem fere in Catharini sententiam censuram intorquet. *Morito, inquit, censetur ab errore damnato non multum distare, &ideo merito sume ab omnibus Theologis reiecta sit &c.* Excipere saltem debuisset Eminentissimus Cardinalis Cl. Salmeronem, qui non modo Catharini sententiam defendit, verum etiam amplificat, & ultra metas a Catharino præscriptas extendit *Lib. I. part. III. disp. II. in D. Pauli Epistolâ, ubi hæc habet. Advertendum, duplicem esse intentionem ministri conferentis sacramentum. Alteram quidem publicam, & Ecclesie ipsius, cuius ministerio perfingitur, quæcumque ille sit, qui sacramentum dispensat. Hæc autem intentio satis exprimitur in ipsis sacramentorum formis ut Ego te baptizo: Ego te absolvo: Hoc est corpus meum. Intendit enim Ecclesia catholica, scilicet Christus sacramentorum auctor, per huiusmodi verba baptizare, absolvere, & panem in Christi corpus convertere. Hæc autem intentio insuperabilis est ab ipsis verbis, si integra, ut debent, profertur. Et idem ministri solliciti esse debent ut formam ipsam integre pronuntient, nec illam aliquo verbo contrario vitient, quo sic perficiant sacramentum, & sacramenti effectum digne accidentibus conferant. Altera vero intentio privata est, & particularis ipsius ministri, qui aut nihil credit eorum que facit, aut occulta secretaque DERISIONE facit, aut contrarium habet intentionem non conferendi sacramenta, aut eorum effectus, etiamsi sacramentum in forma Ecclesie consueta administraret. Hæc intentio privata, esse necessaria sit ne minister peccet, atque conformetur intentioni Ecclesie, tamen tum fortis, & efficax non est, ut vitare sacramentum possit. Et post plura rationum momenta opponit sibi canonem Concilii Tridentini, quo statuitur necessaria intentio facienti quod*

quod facit Ecclesia: & hoc præbe responsum. *Dicendum, quod si intentio illa saltem facienti quod facit Ecclesia, debet esse pars sacramenti, non debet esse illa cordis interna, & privata ipsius ministri, ut Ego te baptizo, quæ verbis ipsis exprimitur, ut supra.*

VIII. Cautius profecto suam circumferentiam Ambrosius Catharinus sententiam. Idcirco Cardinalis Pallavicinus *Lib. IX. cap. vi. Hist. Cons. Trid. testatur, Catharini sententiam Patribus suspectam non fuisse, nec illis fuisse in animo eam proficibendi.* Conlatur itaque Bellarmini, & de Lugo doctrinam Catharini omnino ablandit a vero, ut fatetur vel ipse D. Honoratus Turnely de sacram. in gen. quæst. vii. art. 1. *Ego opusculo Catharini careo: ideo eundem doctrinam expendere pro meritis nequeo. Ex rescripto testimonio, relato a præfato Turnely, perspicue colligitur, Catharinum requirere in ministro intentionem, & quidem interioram facienti quod facit Ecclesia. Excludit vero intentionem que respicit aut effectum sacramenti, aut ritum externum sub ratione formali sacramenti; ut ipse Catharinus declarat his verbis, relatis a Cl. Turnely. *Non alia intentio ministri requiritur, nisi ut intendat exterius facere quod facit Ecclesia; quamvis ipse neque credat esse Ecclesiam, neque illum baptismi spiritualium effectum.* Doctrina Catharini, ut ex utriusque testimonio allatis constat, hæc perinet: Minister qui serio, & deliberate baptizat, legitimum ritum servando, intendit facere id quod facit Ecclesia. Quis enim, inquit, vigilans facit aliquid quod facere non intendit? Et hæc esse Catharini mentem fatetur ipse Bellarminus, ut advertit præfatus Turnely. Catharinus, inquit, Bellarminus loc. cit. *duplicem distinguit intentionem, unam facienti simpliciter actum externum quem facit Ecclesia; alteram facienti actum externum quem facit ipse, sed ut sacramentalem, sive animo celebrandi mysterium quod Christus instituit, & Ecclesia celebrat. Et quidem priorem intentionem sui requirit, posteriorem negat.* Intentionem itaque, Bellarmino latente, quam Catharinus negat, ea est que effectum sacramenti, aut ritum, quatenus formaliter sacramentum est, spectat: eam vero requirit que externum Ecclesie ritum respicit, quemque minister serio, non simulate celebrare velit. Hoc in sensu Gabriel Valquez in III. Part. 5. Thomæ disp. xxxviii. cap. II. interpretatur. An hoc in sensu exponi sententia Salmeronis possit, ceteri videant. Ex allatis testimonio interit videtur, Salmeronis doctrinam hæc pertinere, nempe nullam in mai-*

stro privatam intentionem necessariam esse, præter illam que verbis ipsis exprimitur; ut Ego te baptizo &c. An autem hæc facti sint, mox palam fiet. Illud est certum, libertis Salmeronem, quam Catharinum ferbere.

IX. Sententiam Catharini propugnamdam integro opusculo suscipit P. Serry, sed ut hæc præsert opinio, desiderandam erat ut Catharini systema propriis eiusdem Catharini verbis exponeret: quod neglexit. Si enim Catharini sententia talis est qualis a P. Serry, & ab Auctore de re sacramentaria exponitur, mihi falsa est, & censura Bellarmini eam non abolverem; ut omnibus pateat, me non pro domo, sed pro veritate scribere. Et ut id quod sentio, candidè prodam, P. Serry, & P. Le Drain Catharini systema plus iusto amplificaverunt, & otiosum effecerunt; aut saltem quod Catharinus implicare, conciscripte, & adiectis clausulis docuit, isti sublaris terminis amplificaverunt. Heinc est quod P. Serry in *Vin. Vind. cap. vi. pag. 39.* scribat, P. Salmeronem meliorem quam Catharinum in luce posuisse sententiam de externa intentione. Idque verum habet, quod clarius, & apertius Salmeronem quam Catharinum negat internam intentionem.

§. III.

Necessaria est ad substantialia sacramenti integritatem interna ministri intentio, qua serio, & vere facere velit quod facit Ecclesia.

I. PRimum omnium, ut proposuimus sententiam clare exponam, rescribo *can. xi. sess. vii. Concilii Tridentini. Si quis dixerit, in ministris, dum sacramenta conferunt, & conferunt, non requiri intentionem saltem facienti quod facit Ecclesia; anathema sit.* Aut reicienda est definitio ista, aut admittenda interna aliqua intentio in ministro conficiente, & ministrante sacramenta. Non primum; ergo secundum. Quod sic evincio. Aut exterior administratio sacramenti, secundum ritum institutum a Christo Domino ferè peracta, natura sua, seclula omni profus ministro intentione interna, validum efficit sacramentum; aut secus. Si primum: ergo nullo modo administratio sacramentorum ab inferiore intentione ministri pender: quod est damnatum a Tridentino. Si secundum: ergo necessaria est ministri intentio interna. Rursus. Aut minister serio pronuntians for-

nam sacramentalem, & materiam applicans iuxta legitimum ritum, potest intendere oppositum facere ab eo quod facit Ecclesia; aut non potest. Si non potest; sed necessario, posita administratione seria externa, cogitur intendere, & velle id quod facit Ecclesia: superius omnino est Tridentinus canon. Frustra quippe definitur ponendum quod necessarium est, seu quod omittit minister nequit. Iuxta oppositum systema; eo ipso quod minister serio applicet materiam, & formam iuxta legitimum ritum, necessario intendit facere id quod facit Ecclesia; ita ut hæc voluntas exterior serie administrationis collidat profiugetque contrariam voluntatem interiorem. Ergo frustra Tridentinum requirit ministri intentionem. Clarius rem explico. Intentio externa separari, iuxta contrariam sententiam, a seria applicatione materie & forme nullo modo potest. Ergo frustra Concilium, præter seriam materiam & formam iuxta præscriptum ritum applicationem, requirit intentionem. Sed illam requirit. Ergo falsa contraria sententia. In hypothesi adversarij canon Tridentinus sic formandus fuisset. *Si quis dixerit, in ministris, dum sacramenta conferunt, & conferunt, satis esse iocofam, & non requiri seriam administrationem; anathema sit.* Sic enim, damnata Lutheri ioculari administratione, sublatum esset omne dissidium. At damnatus non fuisset error Calvini, aliorumque novatorum, qui seriam reipia requirunt administrationem, exclusa omni interiori intentione faciendi quod facit Ecclesia. Hanc ipsi intentionem faciendi quod facit Ecclesia, derident ut superfluum. Quoniam, posita reipia materia, & forma a ministro, Christus est, inquit, qui baptizat; nec in ministris potest esse nolle baptizare.

II. Quid quod Concilium Tridentinum & intentionem requirit, & seriam administrationem? Si quidem distincto canone damnat iocularem administrationem. Hæc quippe *Jess. XIV. cap. IX.* definitur: *Si quis dixerit, abolitionem sacramentalem Sacerdotis non esse actum iudiciale, sed nudum ministerium pronuntiandi, & declarandi remissa esse peccatis confitentis, modo tamen credat se esse absolutum; aut Sacerdos non serio, sed ioco absolvat... anathema sit.* Duo ergo Tridentinum necessaria asserit, nempe & seriam administrationem exteriorem, & intentionem interiorem ipsius ministri: quod confirmat ibidem *cap. VI.* ubi damnat primum Lutheri errorem, asserentis Sacerdotem posse iocose absolvere; præscribitque seriam exteriorem

administrationem, a qua contendunt adversarij inseparabilem interiorem ministri intentionem: & præterea animam vere absolventem; necessarium decernit. Quæ duo si desint, nullum esse sacramentum definit. *Atque ad eo non debet ponitens adeo sibi de sua ipsius fide blandiri, ut etiam si nulla illi adsit contritio, aut Sacerdoti animus serio agendi, & vere absolventi desit &c.* Si ab animo serio agendi inseparabilis foret animus absolventi; frustra, & inepte addidisset Concilium *& vere absolventi.*

III. Confirmo hanc doctrinam sub alio aspectu. Aut sufficit iocularis administratio: aut non sufficit, seria sublata interiore ministri intentione. Quandoquidem quero: ex ministris voluntaria & deliberata exteriori materie & forme applicatione iuxta Ecclesie ritum, coalescit ne eo ipso sacramentum, tamen interius minister fingat, deridat, & formaliter nolit ritum sacramentalem? Ais? Hoc est enim systema tuum. Ergo quod ioco, aut serio applicatio hæc fiat, dummodo sit iuxta legitimum Ecclesie ritum, perinde est. Quoniam, inquis, posita materia, & forme, iuxta præscriptum ritum, exteriori applicatione, Christus est qui baptizat. Ergo neque locus impedire, nec gravitas exterior efficere sacramentum potest, sicuti, ut a causis naturalibus exemplam arceffam, posita applicatione ignis ad materiam, & propinato homini veneno, sive ioco, sive serio id fiat, ad effectum quod attinet, perinde est. Finge, mimum reipia applicare materiam, & formam baptismi ioculari actione; voluntarie tamen & deliberate, licet ioculariter, res & verba applicat iuxta Ecclesie ritum. Minister, non locus ac mimus, interius deridat, & improbat ritum illum; serio tamen exterius rem peragit, ut gravis mala declinet, que subire, si eius occulta derisio innotesceret, deberet. Quodnam inter utrumque discrimen? Ambo voluntarie & deliberate rem agunt. Ambo ea omnia servant que servanda Ecclesia iubet. Non sane aliud discrimen, nisi quod ille manifestus, hic occultus derisor sit. Nullum est sacramentum in primo casu. Ergo nullum quoque in secundo. Id solum discrimen esset, quod in primo casu nobis constaret, nullum reipia esse sacramentum, secus in secundo. Ceterum, si minister patefacere suam voluntatem contrariam interiorem, occultamque derisionem, vix esset qui iterandum sacramentum non iudicaret; ut quidem mihi videtur, admissio quod fides adhibenda ministro esset.

IV. Præterea Concilium definit, nullam esse sacramenti administrationem iocose peractam. Namquid Concilium restringit suam definitionem ad exteriorem? Minime gentium. Sed absolute pronuntiat: *Si desit animus serio agendi.* An non desit animus serio agendi, cum ad eum animus revera irridendi, tamen extrinsecus non se prodit? An novatores, ut iam dixi, post Lutherum non excludunt mimum, & iocularem externam administrationem? Qui intus deliberat, *Nolo absolvere, nolo baptizare,* nonne animo interiori simulat, deridet, subannat? Nonne intus tellatur se nolle facere quod facit Ecclesia? Quomodo ergo intendit facere quod facit Ecclesia? Quia reipia deliberate ponit ritum, & ea que extrinsecus agenda Ecclesia præscribit? At si hoc fact esset, perpetrat Concilium requirere intentionem faciendi quod facit Ecclesia; solamque seriam exteriorem administrationem præscribere debuisset.

V. Ad hæc omnia respondent Contensivus, Serry, Le Druin, nos sophistica equivocatione confondere id quod facit Ecclesia, cum eo quod intendit Ecclesia. Ecclesia peragit ritum externum factum materia, & forma simul applicatis; intendit vero hominum sanctificationem. Qui externum peragit ritum, intentionem habet faciendi quod facit Ecclesia; licet non intendat id quod intendit Ecclesia. Interpretamentum hoc vanum est. Ecclesia non facit ritum, ut dicitur *materialiter*, sed religiosum & sacram. Ut sit eiusmodi, voluntas ministri necessaria est que ablutioem illam exteriorem sacram religiosamque efficiat. Cur enim Deus, non teipso, sed Sacerdotum ministerio conficere, & conferre sacramenta voluit? Ut ministri, tamquam animata instrumenta, nomine sui principalis auctoris Christi Domini agerent. Novatores dumtaxat effutunt, Deum solam sacramenta conficere, nihilque ministros agere. Utique non requiritur ut ministri intendant sacramentorum effectum, hominumque sanctificationem. At intendant necesse est efficere ritum externum religiosum & sacram. Peripicue confirmat S. Thomas hanc doctrinam, & effugium adversarij non præclaudit. Opponit sibi *III. Pars. q. LXV. art. 10. arg. 1.* hoc ipsum interpretamentum. *Videtur quod intentio restra ministri requiritur ad perfectionem sacramenti. Intentio enim ministri debet conformari intentioni Ecclesie. Sed intentio Ecclesie semper est restra. Ergo de ne-*

cessitate ad sacramenti perfectionem requiritur intentio restra ministri. Respondit quod præbet, adversarijorum systema penitus convellit. *Ecclesie intentio restra est & quantum ad sacramenti perfectionem; & quantum ad sacramentum usum: sed prima restra per se, secundum intentionem suam. Et ideo minister qui conformat intentionem suam Ecclesie quantum ad primam restra, non autem quantum ad secundam, per se quidem sacramentum, sed non est sibi ad meritum.* Ut itaque minister intendat sacramentum, ad Ecclesie se conformare intentionem debet. Non tenetur vero ad Ecclesiam se conformare, quatenus hæc sacramenti effectum, seu hominis sanctificationem intendit.

VI. Extra omnis disputationis aleam sententiam nostram, nisi me amor fallat, constituit Alexander VIII. dum anno 1690. hæc *prop. 30.* prescripsit: *Valet baptismus collatus a ministro qui omnem ritum exteriorem, formamque baptismi observat, intus vero in corde suo apud se relictis; non intendo facere quod facit Ecclesia.* Varia tunc adversarij interpretamenta, quibus circumvenire hæc damnationem student; sed, ut eorum quidem arbitror, omnia vana. Gaspar Luvenin respondet, Canonistas Gallos rata non habere decreta Romana que a Pontifice summo proxime non emanant. Hanc responsum non ut futiliter reicio. Animadverbi aibi, iure P. Michaelæ Elizalde Probabilis pluribus impropere, quod pontificia diplomata ambas ulnis suscipiant, exaltent, amplificent, dum sibi favent; dum contrario sibi adversantur, captiosis distinctivculis ea eludere student. Merito hæc eadem increpatio retorquenda est in Luvenin, alioque Canonistas Gallos qui pro ingenio eiusmodi decreta reiciant.

VII. Respondent secundo Serry, Le Druin, Milante, & idem Luvenin, propositionem merito proscriptam esse, quod absoluta sit, comprehendatque omnem ritum, sive ioco, sive serio peractum: idcirco in sententia Lutheri, qui baptismum, etiam sententiam, & theatralem, validum fabularum, propositionem damnatam esse contendit. Respondit istud omnino fallum existimo. Lutheri error de iocosa, & mimica administratione damnata non est contentus. Gratis asserit P. Serry in *Vind. p. XII.* sententiam Lutheri a nonnullis maleficientibus impudenter reculam in Belgio, præfatam formale pro-

§. IV.

Diluentur adversa sententia obiecta.

I. QUAE heterodoxi pro administratione iocululari baptismi obtrudunt solent, paucis perstringam, cum sint a Theologis nostris centum convulsa. Quatuor exempla, ex historia ecclesiastica depremta, opponunt. I. S. Athanasius, cum puer esset, alios pueros ludens in maris litore baptizavit: quod baptismum ratum habuit Alexander Episcopus Alexandrinus; ut referunt Rufinus Lib. I. hist. cap. XIV. Socrates Lib. III. cap. xv. Sozomenus Lib. II. cap. XVII. II. Ratum quoque habitum fuisse S. Genesii baptismum, a mimo in theatro administratum, scribit Ado Vierendeis in suo Martyrologio ad diem 27. Augusti. III. Nicephorus narrat Lib. III. cap. ult. Iudaeum quendam a sociis ludentibus in litore maris baptizatum fuisse. IV. Dioscorus, in theatro ludens, baptizavit eum.

II. Resp. Duplex praebet Theologi responsum ad factum S. Athanasii. Principio falsitatis revincunt factum quod de S. Athanasio narratur. Secundo, admittit falsam variationem, dicunt, Athanasium serio baptismum ministrasse ludentibus pueris iuxta ritum quod ab Episcopo conferri baptismum viderat. Agebat enim tum Athanasius annum duodeviginti. Quare per ludum collatum fuisse baptismum narrat Rufinus, comparate ad obiectam quibus pueri operam dabant, secus ad comparate ad intentionem qua Athanasius catechumens baptizabat. Genesii baptismum fabulis quoque eruditi Critici accensent; & Scriptoris ipsi in hoc facto narrando discrepant, ac ineptissimas nugae venditari impertitis. Nam alii baptizatum Genesium volunt a mimo in scena, alii a christiano Sacerdote, alii ab Angelo. Nicephorus narrat, puerum hebraeorum non invitum serio baptizatum fuisse, & cum ceteris tempore ingressum ab Antiphile Constantino-politano examinatum fuisse. Re comperta, decrevit Episcopus, inquit Nicephorus, ut etiam in illo, quod deesset, iuxta mysterii executionem, compleretur, nempe ut baptizaretur, si nondum vere baptizatus fuisset; aut confirmaretur, si validum suscepit baptismum. Ad quartum exemplum de Dioscoro architecto respondet S. Augustinus epist. LXVII. ad Alipium, non in theatro, sed lenem, miraculorum, quae & in filia ad famulatum restituta, & in semetipso expertus toe-

rat, vi excitatum, baptismum suscepisse. Ad dunt editores operum S. Augustini, & Dioscororum non architectum seu comocordum ducent, sed architectum seu medicorum principem fuisse evincunt. Is cum prius christianam religionem lullisset, vovit se christianum futurum, si filiam agrotantem sanatam videret. Quo beneficio accepto, promissis non stetit, sed cecitate, & paralyti a Deo percussus tandem votum implevit; ut fute narrat S. Augustinus.

III. Opponunt heterodoxi praeter recensita exempla auctoritatem Innocentii IV. in III. Decret. cap. Si quis puerum de baptismo ubi haec scribit. Non est necesse quod baptizans sciat quid sit Ecclesia, quid baptizatus, & unde sit, nec quod gerat in mente facere quod facit Ecclesia; si tamen facit, quia formam servat, nihilominus baptizatus est. Truncatum testimonium obtrudunt. Nam continio Innocentius labicit. Unde si alius in casu necessitatis constitutus, vel etiam sine necessitate, vadat ad Sacerdotem, & dicat, Baptiza me, & doceat eum formam, & illo Sacerdos baptizat, non credens per immersionem aliquid aliud fieri nisi manifestationem, & non intendat eum baptizare, vel etiam ad faciendum secundum intentionem petentis baptismum, id est ut baptismum operetur quicquid operari potest, & ipse baptizans tanquam minister conferat quod alii baptizantes conferunt; vere baptizatus est. Sed si hoc non intendat, non baptizaret. Constat heine, internum requirere Innocentium intentionem; quia si non intendit conferre quod alii baptizantes conferunt, baptismum nullum est. Ratum baptismum ait, etiam si minister non intendat facere quod Ecclesia facit; immo etiam si contrarium in mente gerat, de intentione in effectum baptismi loquens, ut eius verba subiecta perhibent: ut baptismum operetur quicquid operari potest. Addunt, hanc Innocentii IV. doctrinam privati Doctoris esse, quae, etiam si falsa foret, nullum faceret negotium. Neque doctrina haec inserta est corpori iuris canonici; ut falso intrepide asserit P. Le Drin de re sacramentaria pag. 102. ubi hoc Innocentii testimonio firmare suam opinionem studet.

IV. Obiiciunt i. defensores externae intentionis auctoritatem S. Augustini, qui Lib. VIII. cap. 111. de baptismo contra Donatistas plurimas insinuit quaestiones. Valde prohibent est testimonium quod communiter obicitur, & varia sunt Auctorum responsa. Interpretatio Cl. P. Laurentii Berri, in Augustini doctrina veratissimi, mihi ardet. Per-

doctus

doctus vir, post allata aliorum responsa S. Augustini quaestiones paucis perstringit, & germanum sensum exponit Lib. XXX. cap. XVI. Prima Augustini quaestio est de baptismo dato ad eo qui non accipit, sed curiositate aliquid diligit, quemadmodum dandum sit. Paganus, a Christiano imbutus ritus baptizandi apud nos servato, tradit quod dicitur. Ratum baptismum illud asserit Augustinus: quia intentio ad faciendum rem sacramentorum. Secunda quaestio est de baptismo eius qui accipit cum simulatione, sive fallens in Ecclesia, sive iocans, sicut in mimo, si interrogandum repentina pietate movetur. Fallaci simulatione, aut mimice quis a Catholico, vel schismatico petit baptismum: subito intus commotus convertitur. Hoc in cala simulatio fidei est in suscipiente, non simulatio intentionis in ministrante. Validum baptismum asserit S. Augustinus, inquitens: Stetit iam proteritis maiorem statutus, non dubio illos habere baptismum qui quamvis fallaciter id accipiunt, in Ecclesia tamen accipiunt, vel ubi putatur esse Ecclesia ad eos in quorum societate id accipiunt. Planum est, Augustinum loqui de simulatione ex parte suscipientis. Minister vero, sive catholicus, sive schismaticus, sive haereticus, baptizans non simulat. Tertia quaestio est; approbandus ne baptismus sit, ubi nulla est societas credentium, sed tantum ludere, mimice, & ioculariter agitur. Cui quaestioni respondet: divinum indicium per alienum revelationis oraculum concordat orationi, & impulsus supplicii devotione genitibus esse implorandum. Aneeps ergo Augustinus est, inquit, num baptismum mimice susceptum validum sit. Fallaris. Dubitatio eius est, facta hypotheli, si quis existat qui fideliter subito commotus accipit. Ioculariter, & per ludificationem quis ad baptismum accedit; sed repentina divinae misericordiae ictu tactus fideliter baptismum suscipit. At quia subitanea commotio non patet, ideo aneeps Augustinus implorandum divinae revelationis oraculum ait. Plurima alia ibi disputat Augustinus contra Donatistas, nomine effectum baptismi non pendere ex conscientia baptizantis, item non esse pondam in homine; neque a ministrorum meritis petendam esse sacramentorum efficaciam; quae omnia vera sunt.

V. Obiiciunt 2. testimonium S. Thomae, qui III. Part. q. LXVI. art. 8. ad 2. haec respondet. Dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod requiritur mentalis intentio in ministro; quae si desit, non perficitur sacramentum: sed huic dese-

ctum in pueris, qui non habent intentionem accedenti ad sacramentum, supplet Christus, qui interius baptizat; in adultis autem, qui intendunt sacramentum suscipere, supplet illum desolam fides, & devotio. Sed hoc satis potest dici quantum ad ultimum effectum qui est iustificatio a peccatis: sed quantum ad effectum qui est res, & sacramentum, scilicet quantum ad characterem, non videtur quod per devotionem accedens possit supplere: quia character nunquam imprimitur nisi per sacramentum. Et ideo alii melius dicunt, quod minister sacramenti agit in persona totius Ecclesiae, cuius est minister; in verbis autem quae profert, exprimitur intentio Ecclesiae; quae sufficit ad perfectionem sacramenti, nisi contrarium exterius exprimat ex parte ministri, vel recipientis sacramentum.

VI. Ut quis fit germanus recitate doctrinae sensus, percipias, argumentum quod sibi obicit. S. Thomas, & cui responsum praebet, ob oculos revocandum est. En verba obiectiois. Non potest homini esse nota intentio alterius. Si igitur intentio ministri regatur ad perfectionem sacramenti, non potest homini ad sacramentum accedere esse notum quod sacramentum suscepisset; & ita non posset habere certitudinem salutis. Nonne locuplet patet responsum S. Thomae eo pertinet ut dubitationes & perplexitates conscientiarum de suscepto baptismatis certitudine expellat? Ut moraliter certos fideles reddat, de esse baptizatos, quamvis occulta & ignota fit ministris baptizantis intentio, monet, ministris Ecclesiae personam sustinere, & Ecclesiae nomine verba profere. Cui prolationi fides adhibenda est, praesumendumque intentionem illud habere faciendum quod facit Ecclesia, nisi verbis oppositum exprimat. Ex recitatis obiectiois verbis planum est, ibi S. Thomam non loqui de certitudine sacramenti in se, sed de certitudine quae omaem praedentem dubitationem de suscepto baptismum ad animo baptizati auerat. Et respa quoties minister Ecclesiae profert verba; & contrarium fornicatus non exprimit, moraliter certi sumus in eodem fuisse intentionem, & recte baptismum administrasse; quemadmodum moralis certitudo adest hostiam publice adorationis exploitam esse consecratam. Hanc esse S. Thomae mentem testatur gravior S. Thomae; & ex obiectioe cui datum responsum est, patet. Adde, nunquam mentem S. Doctoris ex solis ad argumenta obiecta responsis colligendam esse, sed ex doctrina in sacralium corpore constituta. Porro vidimus

mus supra, perspicue S. Doctorem docere necessitatem intentionis interne, determinantis indifferentiam tum materie, tum forme sacramentorum. Porro, ut omnis ad effugium latebra præcludatur, libet adiciere aliud S. Thomæ testimonium ex *opusc. viii.* de sacramentis, ubi hæc habet. *Unde verba quibus sanctificantur sacramenta, dicuntur sacramentorum forma; res autem sanctificantur dicuntur sacramentorum materia: sicut aqua est materia baptismi, & christus confirmationis. Requiritur etiam in quolibet sacramentum persona ministris conferentis sacramentum cum intentione conferendi, & faciendi quod facit Ecclesia. Quorum trium si aliquid desit, idest, si non sit debita forma verborum, & si non sit debita materia, & si minister sacramenti non intendat sacramentum conferre, non perficitur sacramentum.* Cavillationia hæc sunt quam eludi aliqua lullatione queant. Alia testimonia que obtrudi solent, prætereo, tum quod nihil fecerunt negoti, tum quod apertissima est S. Doctores mens.

VII. Obiiciunt 3. Altum est apud antiquos Scriptores de intentione silentium. Nemo ante Martinum V. Eugenium IV. Concilium Tridentinum eisdem meminit. Resp. Antiqui raro de intentione disputarunt, quia nemo eisdem necessitatem in controversiam adduxerat. Idem de aliquo ali dogmate accidit. Ecclesia superfluas non condidit definitiones; sed dumtaxat, occasione data emergentium errorum, doctrinam a maioribus traditam declarat. Neque Tridentina Synodus canonem de necessitate intentionis condidisset, nisi novatores eandem impudenter, & effrenate pernegassent, nimica administratione invecta. Præterquamquod Angulimus *loc. cit.* ad baptismum validum necessarium afferit intentionem. Neque Tridentini Patres novam, fed antiquam doctrinam dumtaxat explicarunt.

VIII. Obiiciunt 4. Valet baptismus, a Pagano, Iudæo, ab Atheo administratus. Nullam hi intentionem habent ritus sacri peragendi. Ergo nulla requiritur intentio, ut rectum baptismi habeatur. Propositio minor, que sola adduci in controversiam potest, constat. Ritus sacrum Christianorum, ut superscriptionem pollutum, isti execrantur. Illi ergo intendere ut sacrum nequeant. Resp. Desistant proculdubio Iudæi, Pagani, Athæi christianæ religionis ritum tantum superscriptionem & impium, intentione particulari & privata, & quatenus Athæi, Pagani, & Iudæi sunt. At dum serio bap-

tizant, serio volunt agere quod agit Ecclesia; atque adeo sacramentum illud conficere quod Ecclesia conficit. Duplex distinguitur in his voluntas debet. Altera qua improbandam christianam religionem; altera qua intendunt ritum eiusdem religionis peragere. Illa particularis; hæc generalis est. Generalis autem, qua hic & nunc Atheus baptizat, prævalet voluntati particulari. Voluntate igitur generali se subicit intentioni Ecclesie, quam ceteroquin ipse non credit. Clarus rem explicio. Insuper non credit, ritum Ecclesie christianæ esse sacrum, immo improbat ut superstitioniosum; dum tamen baptizat, intendit Ecclesie christianæ more baptizare. Habet ergo intentionem faciendi quod facit Ecclesia. Quod si inhis, neque Iudæum, neque Paganum, neque Atheum hanc habere intentionem; ego repono, hac in hypothesis nullum esse baptismi ministrum. Quare non est quod adversarii magnificiant argumentum illud. Nam aut infidelis intendit reipia se gerere ut ministrum Ecclesie, intentione saltem implicita; aut expresse intendit non facere quod Ecclesia facit. Si primum, validum est baptismum. Si secundum, baptismum nullum est. Si utrum nullum est baptismum a Catholico ministratum qui intus in corde dicit, *Nolo facere quod facit Ecclesia*, ut definitur Alex. VIII. pariter irritum erit baptismum collatum ab Atheo, qui expresse nolit facere id quod Ecclesia christiana facit. Et quia raro infideles hanc intentionem habent; ideo raro admittitur baptismum ab illis ministratum; nisi certe coniectura adint que ostendat, reipia illos intendisse christianæ Ecclesie ritum servare.

IX. Obiiciunt 5. Non est necessaria in ministro producendi effectus sacramentalis intentio. Ergo neque intentio interna peragendi rem sacrum. Probatur consequentia. Eadem ratio est cur Christus noluerit gratiam & characterem pendere ab occulta ministro intentione, & ritum sacrum. Resp. Disparitas manifesta est. Ritus exterior indifferens est ut sit sacer, aut profanus; idcirco, ut sacer evadat, determinari a ministro debet per intentionem deliberatam. Quando autem causa determinata est ad effectum producendum, non pendet deinceps a ministro intentione talis effectus productio. X. Obiiciunt 6. Ecclesia Republica quecum est a Christo instituta, cuius publici ministri sunt Sacerdotes; qui Christi nomine sacramenta administrant. Ea ergo sola inest illis intentio debet que in publicis ministri-

stris requiritur. Sed publicis ministris fat est habere intentionem externam peragendi comunitatem Republicæ mania. Si iudex, inquit P. Serry, pro tribunali sedens, partibus auditis, servatiam publici iuris formulis, sententia indutus veste, vultuque gravi ferentiorum dicat, reumque absolvat, valida est absolutio, & sententia, quæcumque sit illius interna, & occulta intentio: quia ut persona publica sententiam pronuntiat, & nomine Principis iudicij forum instituit. An audiretur iudex, iste, si, serio rebus extrinsecis peractis, iactaret se intus noluisse reum absolvi? Sacerdotes nomine Christi baptizant, peccatores absolviunt. Quid ergo curatibus nefarios Sacerdotes, qui postquam serio & rite omnia forinsecus peregerunt que Ecclesia præscribit, iactabunt se intus noluisse baptizare, aut absolvi? Resp. Argumentatio isthæc manifesto vitio laborat. Ministri Republicæ mandata Principis exequentur, & instituti sunt ad extrinsecum regimen civile populorum. Sicut isti interius populorum conscientias non moderantur, ita illorum interna privata intentio non curatur. Illorum regimen externum profusum est; contra, regimen Christi internum & spirituale est, quod interiozem animarum sanctificationem spectat. Sacerdotes a Christo potestatem accipiunt in interiozem animarum sanctificationem, assumuntur ut animata instrumenta, que res exteriores determinent ad ritum sacrum. Quam disparata & vana paritas ista sit, ex eo patet quod in universo risu corpore, neque in alicuius Principis status legatur disputatum unquam fuisse, aut decretum aliquod conditum esse quo præscribatur in Republica ministris necessaria animi intentio sive interna, sive externa. Contra vero Ecclesia in suis ministris animi intentionem præscribit; improbatque eos qui absolute hanc animi intentionem requiri negant. Nulla est ergo paritas ministris fori civilis inter & ministris fori spiritualis ac interioris.

XI. Obiiciunt 7. Ecclesia visibilis est, & sacramenta signis sensibilibus subiecta. Nihil ergo constitutum in sacramentis quod sensibile non sit. Alloquin qua ratione Ecclesie visibilitatem adversus hæreticos probandum pendere sacramenta dicamus? Resp. Visibilis Ecclesia est, quia visibilibus signis, visibili dogmatum professione, visibili ministerio in unam societatem ligata, & visibili capite directâ, atque sensibili participatione sacramentorum alta. Verum sub

hac visibili imagine spiritus fidelis, veritatis, & gratie latitat, animatque visibilem repræsentationem. Insistunt. Quid, si Episcopus ordinatus sine intentione prælderet diocesim? Tum omnes illius dioceses Sacerdotes umbraticè essent, nullum tum foret sacrificium, & curia temporis universa diocesis Sacerdotio, & sacramentis caret? At quod in universo regno, quidni in tota Ecclesia? Insuper illud est ratiocinium, Lutherano, non Catholico, dignum Theologo. Unde nos adversus heterodoxos evincimus, numquam defuturam Ecclesiam? Est divina promissio, a Christo Domino facta, præstanti suum divinum prædium, ne portæ inferi adversus eam unquam prævalerent. Quid ergo hypochæus obtrudunt quas nunquam venturas Deus certos nos reddidit? Nonne sicuti necarius Sacerdos secretam emittenti intentionem valet, ita mutare materiam, alterare formam sacramentorum, aqua artificiali loco naturalis uti, corrumpere baptismi formam potest? Quid, si pueri sic tincti lacris ordinibus initiarentur? Quid, si Episcopi herent? Nonne tum ex defectu materie & forme ea omnia evenirent absurda que ex defectu occultæ intentionis contingere posse obtrudunt? Quo adversari se recipiant, ut hæc declinent incommoda? Nonne ad Christi promissionem, Ecclesie sue factam? Accidere potest quod hic aut ille minister nefarius simulat religionem, adulteret sacramenta. At nunquam Deus permittit, adversus Ecclesiam prævalituram Sacerdotum impietatem. Futilis ergo & profus vana est argutio quam Contentiosus, Iuvenius, Serry, & ceteri exaggerant.

XII. Obiiciunt 8. Episcopi testantur se nolle excommunicatos ordinare; & tamen ordinantur reipia, si accedant, porrigantque materiam, velintque ordinem suscipere. Resp. Protestatio Episcopi adversus iniciandos eo pertinet ut excommunicatos arceat, si adint. Cum non constet aliquem adesse, Episcopus, dum singulos ordinat, singulis conferre sacros ordines intus deliberare vult.

XIII. Obiiciunt 9. Sacramenta sunt signa practica, que ex opere operato suum producunt effectum: sunt instrumenta que a Christo virtutem accipiunt. Ministri quoque instrumenta Christi sunt, cuius virtute agunt. Hæc omnia nullo modo pendunt a ministro intentione. Hoc patet in causis naturalibus: quia ignis natura sua comburit, non pendet ab applicantis intentione. Resp. Celebratio

sacramenti actio humana, atque adeo voluntaria est. Ergo a proposito minilri pendet. Sacramenta agunt ex opere operato, dum existunt: ut existant, perfici a ministro voluntarie operante debent. Miniliter est instrumentum animatum, electum a Christo Domino, et libere sacramenta celebrat. Quare inepta est paritas perita a causis naturalibus, quæ vim agendi non accipiunt ab applicante. Sed sacramenta, ut perficiantur ab intentione miniltri pendet. Postquam autem perfecta sunt, tum ex opere operato, independenter a quacumque miniltri intentione, effectum producent.

XIV. Obiiciunt 10. Duplex in minilro intentus nolente facere quod facit Ecclesia, & extrinsecus serio celebrante sacramentum iuxta evangelicum ritum, voluntas adesset: altera interna, externa altera. Pugnant mutuo hæc duæ voluntates. At prævalet exterior, quæ reipia operatur; interior succumbit victa, & mera evadit velleitas. Mercator servare merces velle; et voluntas servandi vitam prævalet voluntati servandis merces. Ideo voluntas quæ merces præiiciuntur, efficaci est, prævaleatque voluntati eadem servandi. Similiter voluntas serio peragendi ritum exteriori efficaci est, superatque voluntatem interiori, quæ miniliter obliquitur facere quod Ecclesiæ facit. Resp. Quando duæ voluntates contrarie mutuo pugnant circa eandem rem, idemque obiectum, dubio procul quæ forinsecus effectum producit, efficaci est, inefficax altera; ut in exemplo adducto patet. Voluntas quæ mercator prolicit merces, efficaci est; inefficax altera, quæ nolle merces prolicere. At hæc duæ voluntates idem omnino obiectum spectant. Dispar omnino est casus noster. Voluntas celebrandi serio ritum eternum, inefficax est ab sacra, vel profanam ablationem; & voluntas non faciendi sacramentum, sunt duæ voluntates quæ duplex respiciunt obiectum; ideo utraque efficaci in suo genere est, nec una superatur ab altera: quia non pugnant circa idem, sed circa diversa. Ut argumentatio aliquid vinceret, si formari deberet. Intendo celebrare ritum externum, prout celebratur ab Ecclesia; nolo celebrare ritum externum, prout celebratur ab Ecclesia. Tum voluntas quæ reipia celebrat ritum externum sacrum, efficaci esset, prævaleretque interiori contrarie: quia amba voluntates idem omnino spectarent obiectum. Sed hoc fortassis dicere Chatarinus vult. Et hac in hypothese miniliter non modo scilicet, sed thal-

tus quoque esset: quia vellet, & non vellet sacramentum; & voluntas quæ forinsecus sacramentum celebraret, vixit foret. Verum miniliter nefarius, qui tanta nequitia præventus est, ut nolit reipia sacramentum perficere, quantum per ipsum fiat, deliberate intus deridet cultum sacrum; ob humanam autem respectum declinandi supplicia, si suam proderet iniquitatem, intendit celebrare materialiter cultum exteriori, quem intus improbat: intendit abluere puerum, quomodo abluuntur manus, vultus, pedes ad munditiam. Si enim ob suam malitiam intus sacramentum celebrare expresse, & omni intendit expresse peragere forinsecus ritum illum ut profanum, & ut ineptum ad consociendum sacramentum, quod in hac hypothese perficere intus celebrat, & extrinsecus ideo intus celebrat, quia alio modo declinare publicam indignationem nequit. Quo in casu si sacramentum celebraret, non video cur illud non celebraret etiam extrinsecus iocando, & deridendo; ut accidit in applicatione casuum naturalium, quæ applicatæ independenter ab intentione applicantis operantur.

XV. Obiiciunt 11. Iuramentum serio libereque prolatum, verum iuramentum est, tamen animo iurare intus iurator nolit, in reque sine animo iurandi. Quoniam inquit S. Ildorus Hispalensis Lib. II. cap. xxxi. Dominus, qui testis est conscientie, ita accipit iuramentum, sicut homini iuratur, intelligit. Heinc Innocentius XI. has duas 25. & 26. theses proscriptit. Cum causa licitum est iurare sine animo iurandi, sive res sit levis, sive gravis. Altera: Si quis vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quocumque alio sine iure se non fecisse aliquid quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud quod non fecit, vel aliam viam ab ea in qua fecit, vel quodlibet aliud verum, revera non mentitur, nec est periuus. Porro tam necessaria est iuramento intentio iurandi, quam sacri ritus celebrandi intentio necessaria est sacramento. Ergo quoties serio celebratur ritus externus, sit sacramentum; sicuti quoties serio pronuntiat formula iuramenti, sit iuramentum. Argumentum istud fule proponit P. Serry loc. cit. cap. ix. cui respondet illius doctus impuginator, iuramentum non esse reipia iuramentum defectu intentionis ad illius essentiam necessariam. Contra quam responsionem clamat P. Serry: Quis

id

id equo ferat animo? Non est ergo periuus iurator iste? At Innocentius XI. in prop. 26. damnat thesim in qua dicitur: Nec mentitur, nec est periuus. Est igitur, concludit P. Serry, velut, nolit morum Doctor atque Magister, etiam tunc verum, ac proprium iuramentum, uti tunc verum est propriumque mendacium.

XVI. Resp. Ambo domestici Theologi mihi, pinguis minerva homini, a veritate aberrare videntur. Domesticus impuginator Patris Serry fallitur, nisi fallar ego, negans esse iuramentum illud deliberate prolatum esse defectu intentionis iurandi. Errat vero P. Serry, dum ex paritate iuramenti, non pendens ab intentione interna iurantis, inferre contendit, neque sacramenti celebrationem pendere ab intentione miniltri interiori. Ambos domesticos, licet clarissimos Theologos, & de Republica Literaria optime meritos, pro meo meo recesso. Principio dico contra P. Serry, disparitatem patentem esse sacramentum inter & iuramentum. Magnum quippe discrimen est inter verba speculativa, & practica. Verba speculativa totam efficacitatem suam habent in significatione, quæ nullo modo pendet ab interna voluntate hominum. Verba practica præter significationem includunt effectus productionem, quæ omnino pendet a potestate & voluntate illa proferentis. Verba iuratoria speculativa sunt; verba sacramentalia practica, quæ id efficiunt quod significant. Idcirco hæc, secus illa, pendet ab intentione interna, & potestate operantis. Sed, ut manifesta differentia contra præfatos Theologos consistit inter sacramentum & iuramentum, recolendum memoria est, signa sensibilia, applicanda ad perficienda sacramenta, esse indifferentia ad usus sacros, aut profanos; ut supra palam feci: neque ad instantiam hæc negant; sed dicunt ex circumstantiis materiam, & formam determinari. Nos vero probavimus, hanc determinationem omnino pendere ab intentione miniltri. Convenit itaque penes ipsos adversarios, & ceteros omnes, materiam & formam baptismi indifferentiam habere ad usus aut sacros, aut profanos. Quo principio certo constituto, consequitur necessario manifestum discrimen inter iuramentum, & celebrantem sacramenta. Siquidem verba iuratoria, cum ad significandum, non ad operandum, & determinandam materiam, sint instituta, non pendet ab intentione iurantis. Heinc Tom. III. in Decal. Lib. P. dist. 11. cap. 14. quest. vi. n. 17. conlultit, eum qui serio, & deliberate iurat,

Conc. Theol. Tom. VIII.

dicendo per Deum ita esse, vere iurare, etiam intentionem internam iurandi non habet. Quæ ibi dicta sunt, paucis confirmo. Restricto interna mentalis & voluntaria non admittit verbis suis significationes, quas iuxta communem hominum beneplacitum habent. Homo proferat hæc propositionem, Non est ita; vel alteram, Ita est. Quamcumque interiori restrictionem adhibeat qui sic loquitur, efficere nequit quod prior sit negans, & secunda affirmans. Et quamvis animo sensum aliquem diversum ab eo quem propositio natura sua prodit, intendat, non effugit mendacii pravitatem. Porro non minus hæc divini nominis seria, & deliberate invocata, Per Deum ita est, iuratoria est, quam hæc altera, Non ita est, negativa est, ergo quemadmodum mendax est qui interna restrictione admittit obviam significationem secundam; ita periuus est qui animo interno vim iurandi auferre contendit primam. Heinc in laudata proposit. 26. Innocentius XI. æque periuus ac mendacii damnat illum qui aut invocationi divini testimonium vim iurandi, aut propositioni negativæ vim negandi internis restrictionibus adimere versute studet. A mendacio exulari homo nequit qui proferat propositionem in sensu diverso ab eo quem natura sua perhibet; licet animum habeat non mentendi. Ergo a periuus immunit esse non potest qui proferat formulam verum iuramentum continentem, tamen internum non iurandi animum habeat. Hæc argumentatio mihi solida est. Si quibus aliter videtur, fœ utantur sensu.

XVII. P. Billaut, qui Tom. IV. dist. v. art. 1. veritas hæc questionem de iuratore sine animo iurandi, contra Iuvenis sic argumentatur. Iuramentum est essentialiter invocatio divini testimonii. Invocatio autem est essentialiter actus intellectus, & voluntatis. Nemo hoc in controversiam vocat. Immo hic est quæstionis status, utrum scilicet qui deliberate invocatur divinum testimonium, iuret, quando contrarium intus voluntatem non iurandi habeat. Requiritur itaque & actus intellectus, quæ cognoscatur, verba esse iuratoria; & actus voluntatis, quæ velit eiusmodi invocationem divini testimonii proferre, ut audientes credant esse iuramentum. Et tunc dicimus, internam intentionem contrariam succumbere voluntati forinsecus erumpenti. Inlinit P. Billaut. Sequeretur quod semper iurarent, & lapsim peierant qui ad singula fere verba dicunt, Per Deum: quod videtur inconversum, Ita ne vero? Absurdum ne est eum qui pas-

D
sim

sim ad meretricem accedit, fœpissime fornicari? Adfirmare ergo homines per Deum ita rem se habere, cum falsa est, possunt, quin pererent? Ut sacrilegum hominum abulam a perituro purgarem, invertenda erit iuramentorum natura, & a crimine purganda peritria? Obtrudit Auctoritatem S. Thomæ ex III. Sent. dist. xxxviii. quæst. i. art. 1. ad 2. ubi inquit: *Promissio quædam fit ore, & non corde; & talis quædam Deum non est votum.* Eadem est ratio, subdit P. Billuart, voti, & iuramenti. Consequentia falsa est, Promissio, cum sit actio practica, pendet a voluntate interiore, sine qua obligatio non oritur. Verborum significatio a voluntate non pendet; sed vera natura sua independenter a cultuque hominis intentione suam habent significationem. Ideo disparitas est evidens, ad hoc quod attinet. Admissa doctrina P. Billuart, nullum est mendacium, quod per restrictionem mentalem a crimine purgari non valeat. Nam, ut dixi, hæc propositio, *Per Deum ita est, natura sua est iuratoria, non secus ac illa, ita res se habet, adfirmans est.* Si illa peritrio purgari potest, quia qui illam pronuntiat, non intendit iurare; cur, quæso, hæc alia a mendacio liberari non poterit in casu falsitatis, quia qui illam pronuntiat, non intendit intrinsecus adfirmare quod extrinsecus pronuntiat?

§. V.

Varie quaestiones de ministris fidei, intentione, & sanctitate resolvuntur.

I. Quæst. I. *Ut validum sit sacramentum requiritur ne in ministro fidei, seu intento producendi effectum, sacramentalium?* Resp. Quamvis S. Cyprianus in controversiam vocaverit, num baptismum ministratum ab hæreticis validum sit, tamen Ecclesie catholice sententia semper fuit, ad baptismum conferendum non requiri in ministro fidem; validumque ab hæretico, & infidelis confertur baptismum, dummodo evangelicus ritus servetur, definitur. Opinione S. Cypriani improbavit Stephanus Papa, cuius verba refert in suis hoc de argumento epistolis Cyprianus ipse. *Si quis ergo a quacumque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur per penitentiam, cum ipsi hæretici proprie alterentur ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum.* Tempore Cypriani non erat definita doctrina illa: idcirco S. Martyr relutavit scriptum Stephani

Pape, qui Ecclesie traditionem opponeret; ut docet S. Augustinus Lib. II. de baptis. contr. Donatistas cap. vii. ubi inter alia hæc scribit: *Nondum erat diligenter illa baptismi quaestio pertractata; sed tamen saluberrima consuetudinem tenebat Ecclesia; in ipsis quoque schismaticis, & hæreticis convere quod pravum est, non iterare quod datum est; sanare quod vulneratum est, non curare quod sanum est.* Quam consuetudinem credo ex apostolica traditione venientem; sicut nulla quo non invenitur in litteris eorum, neque in Conciliis posteritatum: & tamen, quia per universam custoditur Ecclesiam, nonnulli ab ipse traditur, & commendata creditur. Tandem Concilium Tridentinum, ut innumera aliorum Patrum, & Conciliorum testimonia mittam sess. vii. can. iv. hæc statuit. *Si quis dixerit, baptismum qui etiam datur est hæreticis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti cum intentione sciendi quod facit Ecclesia, non esse verum baptismum; anathema sit.*

II. Similiter fatentur omnes, non esse in ministro necessariam intentionem producendi effectus sacramentalis. Id patet ex his quæ dicta sunt. Nam infideles, Pelagiani, Calvinistæ, Zuïngliani intentionem non habent baptizandi in remissionem peccatorum; & tamen illorum baptismum validum esse, adfirmant omnes cum S. Thoma III. Part. quæst. lxxv. art. 10. ubi inquit: *Alio modo potest perverti intentio ministrum quantum ad id quod sequitur sacramentum; puta, si Sacerdos intendat aliquam feminam baptizare, ut abuteretur ea, vel si intendat conficere corpus Christi, ut eo ad beneficia utatur.* Et quia hoc non pendet a posteriori, inde est quod talis intentionis pervertitas veritatem sacramenti non tollit; sed ipse minister ex tali intentione graviter peccat.

III. Quæst. II. *Ad sacramenti integritatem requiritur ne in ministro intendat facere quod facit Ecclesia Romana?* Resp. Negat communis & vera sententia. Sat est ut minister velit generatim facere quod facit Ecclesia Christi, quamcumque in mente habeat, sive Lutheranam, sive Calvinianam particularem Ecclesiam: quoniam qui intendit facere quod facit Ecclesia Genevensis, Lutheranæ, Calvinianæ, generatim intendit facere quod facit veræ Christi Ecclesie. Huc quippe generali intentioni non officit error privatus, quo credit Ecclesiam Genevensem, aut Lotheranam esse veram & orthodoxam Christi Ecclesiam. Neque necesse est ut expresse ministro cogitet de vera Christi Ecclesia, ut

ut expresse velit perficere verum sacramentum; sed fat est id velle implicite. Ratio est, quia minister in administrandis sacramentis non privatam, sed publicam Christi, & Ecclesie personam sublinet; & Christi, atque Ecclesie nomine agit: nec privata eundem intento erronea, & falsa opus Dei inficere valet. Hæc omnia communia sunt.

IV. Quæst. III. *An necessaria sit intentio actualis, vel sufficiens virtualis, & interpretativa?* Resp. Supra explicata est intentionis diversitas. Ibi dictum est, non sufficere intentionem habitualem ad perficienda sacramenta; cum hæc nullo modo causat actionis, & reperiri in dormientibus possit. Intentionem actualem optandam esse omnes adfirmant; sed, atenta humanæ mentis, & voluntatis inconlantia, nemo eam asserit necessariam. Virtualem sufficere, & necessarium esse adfirmant omnes. Minister, vocatus ad baptizandum, in hunc finem iter arripit: eo actuale voluntatis propositum. Dum baptizat, de baptisimo expresse non cogitat: actualiter pervertebat, in conscientia vi, quæ intentionem interpretat. Doctrina communis est, quam tradit S. Thomas III. Part. quæst. lxxv. art. 8. ubi inquit: *Licet ille qui aliud cogitat, non habeat actualem intentionem, habet tamen habitualement, qua sufficit ad perfectionem sacramenti: puta cum Sacerdos accedens ad baptizandum intendit facere circa baptizandum quod facit Ecclesia. Unde si postea in ipso exercitio actus cogitatio eius ad altera mutetur, ex virtute primæ intentionis perficitur sacramentum. Quamvis studiosè curare debeat sacramenti minister ut etiam actualem intentionem adhibeat: sed hoc non est totaliter positum in hominis potestate: quia præter intentionem, cum homo vult multum intendere, incipit alia cogitare. Habitualement intentionem pro virtuali hic accipit S. Doctor, ut patet ex eius doctrina.*

V. Multa congruè Auctores, ut assignent modum quo intentio actualis perleveret, & fiat virtualis. At res adeo difficilis est, ut vis ego intelligam quæ alii scribunt, & vix notionem ipse formare possim claram, eamque verbis exponere. Aliqui dicunt perleverare voluntatem ministri, quia potentie externæ applicatæ fuerunt ad operandum ab ipsa voluntate. Alii, explanationem istam reiicientes, addunt, voluntatem præteritam intentioni non officit error privatus, quo credit Ecclesiam Genevensem, aut Lotheranam esse veram & orthodoxam Christi Ecclesiam. Neque necesse est ut expresse ministro cogitet de vera Christi Ecclesia, ut

omnia mentis nostræ actus. Non aliud ego nomine intentionis virtualis intellego nisi occultam quamdam impressionem relictam in voluntate ex actuali præterita deliberatione. Eo ipso enim quod deliberate intendam aliquid facere, imprimitur in voluntate mea quedam determinatio, quæ remanet usque dum illam congruo tempore non retractem. Quantum vero temporis hæc determinatio non retractata per contrariam deliberationem perleveret in voluntate, definitur a me certe nequit. Ex circumstantiis & prudenti iudicio colligi hæc potest. Quisquam magis intimo sensu quam verbis definire hoc valet.

VI. Quæst. IV. *Ad integritatem sacramenti sufficit ne intentio interpretativa?* Resp. Intentione interpretativa vocatur communiter a Theologis in presenti materia, quæ non est, led esset, si homo qui operatur, sui compos foret: quia ex precedenti deliberatione interpretatur ita eum velle. Quis deliberate proponit baptizare, consecrare: post deliberationem factam, in ebrietatem, in somnium, in amensium incidit. & hoc in statu baptizati, consecrate, Communis, & verasententia est, hæc non baptizare, non consecrare. Quoniam sacramenta humanis peragi actibus debent. Añiones autem quæ ab ebrio, ab amente, a dormientibus sunt, non sunt humanae; cum homo tunc delituitur ratione sit.

VII. Opponit contra hæc doctrinam Godoy tract. de vini. & peccat. quæst. lxxl. dist. xxiv. Homicidium in ebrietate paratum, sive quodlibet aliud scelus, voluntarium, ac liberum est, si prius quam in temulentiam occidit incidat, homicidium fuerit præmeditatum, prævidenter quid in ebrietate, vel somno agere consuevit. Porro si propositum precedens fat est ut scelus in ebrietate paratum, liberum & humanum sit; cur accedens propositum liberum baptizandi, vel consecrandi sufficiens non erit, ut homo temulentus, vel dormiens baptizet, & consecret? Resp. Sont hæc vana, & inania. Propositum deliberatum antecedens perleverare virtualiter dicitur, quatenus voluntatem determinavit, & ratio humani officii effectrix perleverare dicitur, quia vi talis impressionis voluntas operatur; nullamque adeo impedimentum quod vim relictam ab antecedenti proposito elevat. Manet mentis lumen, manet voluntatis impressio, & usque dum homo mentis compos est, in statu libertatis reperitur in quo & mentis lumen exercere, & voluntatis determinationem in opus reducere valet. Contra accidit in ebrio, in amente, in

in dormiente. In his propositum antecedens vim suam exercere nequit tanquam rationis lumen, & libertas norma. Sed si aliqua impressio emanet, totus est in imaginatione, & cerebri musculis. Verbo, libertas omnino impedita tunc est. Homicidium patrum ab ebrio, grave crimen est: quia ad peccatum sufficit libertas in causa, seu fat est ut prævitium fuerit, & volitum. Quoniam ad peccatum sufficit ut aliquo modo sit ab homine volitum aut in se, aut in causa, quam ipse homo antecedenter formaliter voluit. Actio sacramentalis esse debet, ut aiunt, exercite humana. Bonum quippe ex integra causa, malum ex quocunque defectu. Addere Theologi solent, ad peccatum non requiritur intendatur per modum actionis; sed sufficere sententiam in obiectum, a quo voluntas malitiam haurit, quocumque modo illud amet. Ipsa vero actio sacramentalis reipia aut acta, aut virtute intendi debet, & humano modo fieri.

VIII. Quæst. V. *Validum ne sacramentum est, forma conditionali administratum?* Resp. De conditionali forma supra cap. vi. sermo fuit. Paucis itaque ad quæstionem respondeo. Aut conditio est de re præterita, ut, *Si non es baptizatus, ego te baptizo*; aut de re præteriti, ut, *Si cepax es, ego te absolvo*, aut de re futura, ut, *Ego te absolvo, si die crastina rem alienam reddideris*. Valere sacramentum sub conditione de re præterita, aut præteriti, si conditio vera sit, secus, si falsa, docent omnes; sub futura conditione perici sacramentum nequit. Quoniam, dum materia applicatur, & profertur forma, præsens suspensio intentionis, si futuro tempore conditio erit, non aderunt tunc materia & forma. Contractus matrimonialis apponi futura conditio potest; at suspenditur contractus, donec impleatur conditio. Sed hoc suo loco.

IX. P. La-Croix Lib. VI. part. 1. n. 81. & leg. plures agglomerat casus de adiectione conditionis. Si conditio sit de futuro necessaria, ut, *Te absolvo, si cras solioris sit Antichristus seducet multos; si Deus cognoverit quod cras resistas*. Et subdit, multos Doctores sentire cum Dicastillo, Elparaz, aliisque, conditiones istas esse de præteriti. Sed sunt ista, supra quam dici potest, vana, & inania. Disputant quoque non adiecta conditio exprimi ore, an sola mente concipi debeat. Catripalpas, Ioannes Sanchez, Ariaga, Gobat, Elcobar contendunt, fat esse eam mente concipi: *Polo omnes & solos absolvere qui erunt legitime dispositi*. Ultra pergit Mo-ya, ut refert idem La-Croix, docetque, se

non damnaturum mortalis culpe illos qui ne mentem quidem expresse concipient conditionem: quia certum est semper adesse conditionem implicitam; cum nemo intendat conferre sacramentum, nisi prout potest, & debet. Hæc & plura alia de more P. La-Croix arbitrio lectoris relinquunt. Heinc iuxta relatam doctrinam omnibus accedebitur ad tribunal penitentiae dispensare ministris thesaurum absolutionis poterant, ut dispositi illam percipiant, secus indispolti. Hoc conditionis implicitæ arcano Confessarii a molestia severe examinandi dispositionem penitentium sese liberant, & numerosissimam populorum frequentiam sibi conciliant. Omnes se absolutos existimant, cum ignorant secretum conditionis implicitæ. Quam sit hæc doctrina & perniciosa penitentibus, & christianæ discipline infesta, quique intelligit. Infra de penitentia severius dicentur. Impossuras quas obrudat P. Noctetus p. 198. ipse fabricavit, nam hic ego dumtaxat narraui casus quos, æglogerat P. La-Croix, ut legenti contabiat, neque diluixi, an in omni casu, an aliquando solum doceant ipsi auctores Confessarii uti posse arcano conditionis implicitæ.

X. Quæst. VI. *Utrum in ministro sacramentorum requiratur probitas?* Resp. Donatista sacramenta a ministris improbis collata, nulla esse contendebant: quem errorem instaurantur Henriciani, qui the Apolliticis nuncupabant, tempore S. Bernardi, & postea Valentes, Albigenes, & Wiclefite. Hanc errorem damnavit Concilium Constantiense sess. xlv. in isto Wiclefi articulo. *Si Episcopus, vel Sacerdos existat in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat*. Concilium Tridentinum sess. vii. can. xii. hæc definit. *Si quis dixerit, ministrum in peccato mortali existentem modo omnia essentialia quæ ad sacramentum conferendum, aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere sacramentum, anathema sit*.

XI. Hanc veritatem docuerunt Patres omnes. Unum referre satis fit Augustinum, qui tract. v. in Ioan. hæc scribit. *Non exloret columba ministerium maiorum, respiciat Domini potestatem. Quid tibi facti malus minister, ubi bonus est dominus? Quid te impedit malitiosus pisco, si est benevolus in deo?* Lege integrum tractatum: item Lib. III. cap. v. contra Cresconium. S. Thomas Lib. IV. contr. Gent. cap. lxxvii. hæc habet. *Inconveniens videtur quod spem sui salutis in bonitate puri hominis sui ponat: dicitur enim*

enim Jer. xvii. Maledictus homo qui confidit in homine. Sed si homo salutem conficit per sacramenta non sperat, nisi a bono ministro dispensata, videtur spem suam salutis æqualiter in homine ponere. Ut ergo spem nostram salutis in Christo ponamus, qui est Deus, & homo; confitendum est quod sacramenta sunt salutaria ex virtute Christi, sive per bonos, sive per malos ministros dispensentur.

XII. Plura obici solent, quæ quia obvia sunt, prætereo. Illud facillere negotium videtur quod Gregorius VII. irritas declaraverit simoniacas ordinationes. Sed respondent communiter Theologi, irritas declarasse Gregorium eiuismodi ordinationes quantum ad executionem ordinis, secus quantum ad substantiam. Tempore Gregorii VII. non pauci Theologi ob canonum severitatem adversus simoniacas ordinationes, irritas illas propagabant. Verum post varias disceptationes Ecclesia validas huiusmodi ordinationes declaravit.

XIII. Quæst. VII. *Peccant ne letaliter Sacerdotes qui sibi gravæ culpe confici sacramenta ex officio administrant?* Resp. Adfirmant omnes, probantque luculentis sacramentorum litterarum testimoniis. Nam Lexit. xlii. hæc habentur. *In quo est inmunditia, peribit coram Domino*. Et Itaq. liti. Mandamini qui seris vasa Domini. S. Paulus I. ad Timot. iii. *Præbentur primo; & sic ministrant, nullum crimen habentes*. Concilium Trident. sess. xlii. cap. vii. ex Apollito Paulo I. ad Corinth. cap. xi. *Probet autem &c. declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conficius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione ad sacramentum Eucharistiam accedere debeat; quod a Christianis omnibus, etiam ab iis Sacerdotibus quibus ex officio incumbit celebrare, hæc sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit, modo non destit illis copia Confessarii: quod, si, necessitate urgente, Sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quam primum confiteatur*.

XIV. Peccatum illud mortale esse, probabilis videtur P. La-Croix loc. cit. n. 91. at de more recenset Auctores qui, variis adiectionibus distinctis, oppositum defendunt: & vii. syllematis Probabilium, si prior sententia est probabilior, altera est probabilior: cuius utrum licitum admittere debet P. La-Croix, cum sit Probabilista, & quidem acerrimus. Quare dicimus, non solum probabilis, sed certum esse, ministrum ex officio

ministrantem sacramenta, peccati mortalis conficiunt, peccare mortaliter. Idque clare eruitur ex divinis Scripturis, ex alato Concilio Tridentini testimonio, ex Patribus, quorum testimonia brevitate studio prætereo. Legatur Catechismus Romanus II. Part. §. 23. Audiatur S. Thomas, qui III. Part. quæst. lxxv. art. 6. hæc scribit. *Non est abibium, quin mali, exhibentes se ministris Dei, & Ecclesie in dispensatione sacramentorum peccent. Et quia hoc peccatum pertinet ad irreverentiam Dei, & contuminationem sacramentorum, quantum est ex parte ipsius peccatoris (licet sacramenta secundum se ipsa incontinentia sunt) consequens est quod tale peccatum ex genere suo sit mortale. Quare missis officii probabilibus, certum est eiuismodi ministris mortaliter peccare*.

XV. Quæst. VIII. *Peccat ne mortaliter minister qui sibi gravæ culpe confici sacramenta administrat, non ex officio, sed ex necessitate?* Resp. Minister alius est solemnitatis, seu ex officio, qui ad ministranda sacramenta specialia consecratione est deputatus, ut Sacerdos Missam celebrans, absolvens a peccatis, & solemniter ritu baptizans. Alius est qui sine specialis consecratione sacramentum baptismi administrat. Communis & vera sententia est, sive Sacerdotem, sive laicum, gravæ culpa inquinatum, urgente necessitate baptizandum, non peccare. Ita docet S. Thomas III. Part. quæst. lxxv. art. 6. ad 3. inquit: *In articulo necessitatis non peccat baptizans, in casu in quo etiam possit laicus baptizare: sic enim patet quod non exhiberet se ministrum Ecclesie, sed subveniret necessitati patienti. Secus autem est in aliis sacramentis, quæ non sunt tantæ necessitatis sicut baptismus*.

XVI. Heinc inferitur, peccare mortaliter Sacerdotem ministrantem sacramentum penitentiae, etiam moribundum, nisi prius actum contritionis saltem eliciat. Dispunt aliqui, duplex ne, an unum peccatum malus Sacerdos committat, dum Missam celebrat. Sed, missis vanis disputationibus, Sacerdos ille duplex peccatum committit: unum, quia indigne conficit; alterum, quia indigne suscipit sacramentum. Alii addunt tamen, quid indigne sibi administrat. Si tamen post consecrationem contritionis actum eaderet, tum solum peccasset in conficiendo sacramentum.

XVII. Quæst. IX. *An peccet mortaliter Sacerdos qui mortali culpa inquinatus Eucharistiam administrat?* Resp. P. La-Croix loc. cit. num. 94. cum Valquez, Lugo, Amico, Bern-

nal, Sporer, Illung, Diana, & alii, *probabilem* esse docet, hunc non peccare mortaliter: simul addit, *probabilem* esse iuxta Suarez, Valentium, Gonet, Fillidicum, & alios talem peccare mortaliter. Et ipse laxiorem amplectitur: liberatque a culpa Sacerdotem n. in tantem Eucharistiam in peccato mortali. Eandem opinionem refert P. Viva *quæst. 1. art. 4. num. 4. & ait: Non videtur improbabile quod docent multi & graves Auctores. . . apud Dianam, Sacerdotem ministrantem Eucharistiam in non peccare mortaliter. Et utrum Probabilissimi, ubique grassantem. Ipse probabilis censet oppositum: ac cum priorem opinionem non iudicat improbabilem, iam vi eisdem systematis reduci illa ad praxim poterit. Hanc opinionem et missis probabilissimis argumentis, præter auctoritatem S. Thomæ loc. cit. & S. Augustini Lib. II. cont. Parmen. cap. XIII. Lib. XXXII. contra Faustum cap. XIII. adduco vere Ritualis Romani, iussu Pauli V. editi §. 1. ubi hoc habentur. *Esti sacramenta ab impuris conquirari non possunt, neque a gravibus ministris eorum effectus impetiri: impure tamen, & indignè ministrantem in eterne mortis reatum incurvunt. Sacerdos ergo, si fuerit peccati mortalis sibi confusus (quod absit) ad sacramentorum administrationem non audeat accedere, nisi prius corde poeniteat. Sed si habeat copiam Confessarii, & temporis liciteque ratio ferat, convenit confiteri. Quod contra hanc solam declarationem valent probabilissimæ subtilitates? Accedit Catechismus Concilii Tridentini Part. II. cap. 1. §. 26. in quo hæc statuatur. Pastores, aliorum sacramentorum ministri . . . meminisse semper debent, sacramenta divinam quidem virtutem que illis inest, nunquam amittere: ac vero impure a ministrantibus eternam perniciem, & noxam afferre. Sancta enim (quod semel, atque æternam, ac sæpius admonere oportet) sanctæ & religiose tractanda sunt. Laudatur in margine eisdem Catechismi auctoritates Scripturarum, Concilii Tridentini, SS. Augustini, & Thomæ in huius veritatis confirmationem. Accedit consensus graviorum Theologorum. Iure ergo salam, & laxam existimamus opinionem P. La-Croixi, aliorumque Probabilitarum. Disputant Theologi, nunq. tot mortalia peccata committat Sacerdos malus, quot hominibus contrarie distribuit Eucharistiam, vel abolutionem sacramentalem. Adfirmant plures, alii docent unicum scelus, sed eo gravius quo**

pluribus sacramenta distribuit, talem perpetrare. Definiri hæc a me nequeunt, qui a multiplicandis peccatis, nisi graviter urget ratio, abstinco. De secunda sententia dubitari nequit.

XVII. Fallam quoque, & laxam reputo opinionem alteram eisdem P. La-Croix, qui loc. cit. num. 96. asserit, Episcopum non peccare mortaliter, chirma in mortali consecretantem. Peccare quoque graviter Episcopum consecretantem extreme unctionis oleum existimo. An vero graviter peccet Episcopus malus, consecretans altaria, calices, aliaque sacra munia peragens, non audeo definire. Quod alicuius criminis reus evadat, dum tam sancta munia exercet culpa culpæ, nocet, mihi certum est. Et hoc sufficere debet. Nec ut iam purgare conscientiam debeat. Nec enim prælo nobis, quemadmodum Cassianus non paucis, trinitæ tunc quibus malitæ cuiusque gradus ponderetur. Missis humani cerebri subtilitatibus, malum, sive grave, sive veniale, declinandum est, non negata sophismata excogitanda, quibus animentur homines ad non curanda peccata: quia plures Calixtus non raro, solida ratione delituri, desinant esse dumtaxat venialia. Serpe mihi compertum est hanc vel in actionem malam esse, me vero later, sic ne mortalis, an venialis illius malitia: & tum semper a decisione abstinco.

XIX. Quæst. X. Peccat ne Sacerdos qui in peccato mortali audit confessionem? Resp. Sententia quam ego veram existimo, adfirmat. P. La-Croix loc. cit. num. 102. cum Gobat, Bernal, Diana, & alii probabilis docet, hunc non peccare mortaliter: quia dum audit, non operatur nomine Christi, nec adhuc causat gratiam: sed hoc fit, quando datur absolutio. Hanc rationem Moya vocat probabilissimam, subdit La-Croixus. Audi que veliquantur ibidem. Hinc consequenter dicendum est. . . nempe cum non peccare mortaliter qui in mortali formam sacramenti inchoat, dummodo ante expressionem ultime partis essentialis sit in statu gratiæ. Quid in hac opinione mirari magis debeamus, num speculationis vim, an doctrinæ novitatem, ceteri iudicent. Non peccat ergo qui scelere malicieux inchoat formam sacramentalem? Dum minister Christi formam inchoat sacramentalem, iam exercere incipit vices instrumenti animati, quo Deus utitur ad sacramentum perficiendum. Cur ergo initium illud sacrilegium non erit, quemadmodum sacrilegus finis, si gratia deest? Immo principium in forme pronuntiatione magis quam finis spectandum est. Præ-

terea grave scelus non perpetrat Sacerdos, dum consecutus gravis flagitii inchoans formam, periculo gravissimo se se committit illum in mortali complendi? In instanti ne elidens contritionis actum valeat? Interumpenda ne forma est, ut eam sine peccato complere possit? Verum opiniones eiusmodi fat est exposuisse lectorum prudentia, quin tempus teramus in eisdem convellendis.

XX. Ministri non consecrati, concilii graviter culpe, non peccant utriusque, urgente necessitate que actum contritionis non permittat. Verum, hac necessitate sublata, peccant & isti; ut ex adductis testimoniis, quæ absolute de quolibet ministro loquuntur, colligitur: sancta enim sancte ab omnibus tractanda sunt.

XXI. Quæst. XI. Utrum Diaconi mortaliter peccent, solemniter ministrantem Sacerdoti celebranti Sacramentum, aut Eucharistiam distribuendo? Resp. Negat P. La-Croix peccare mortaliter Diaconum solemniter ministrantem. Hanc opinionem ordine iniciandos non alios voluerunt quam viros Spiritu sancto plenos. S. Augustinus epist. XXI. alias XLVIII. docet, nihil esse in hac vita difficultus, laboriosius, periculosius Episcopi, aut Presbyteri, aut Diaconi officio, sed apud Deum nihil beatius (si rite peragatur) Si vero presuntur, atque adulterius, nihil miserius, & tristius, & damnable. Peripone hanc veritatem docet S. Thom. in IV. dist. XXIV. quæst. 1. art. 3. quæstione 5. ubi hæc scribit. Lex præcipit ut homo iusto ea que sunt iusta, exequatur. Et ideo quicumque homo, quod sibi competit ex ordine, facit indignè, quod in ipsum est, iniuste exequitur, & contra præceptum legis facit: ac per hoc peccat mortaliter. Quicumque autem cum peccato mortali aliquid sacrum officium pertractat, non est dubium quin illud indignè faciat. Unde patet quod peccat mortaliter. P. La-Croix contendit, Diaconum solemniter ministrantem Eucharistiam in peccato mortali, letaliter non peccare, quæntis etiam ex consuetudine id sæpius faciat: loc. cit. num. 98. Laxa mihi videtur talis opinio. Diaconus in peccato mortali distribuens corpus Christi peccat mortaliter: quoniam dispensatio sanctissimi ministerium eius, quod gravem irreverentiam introdit Diaconus, peccato letaliquinatus. Nunc vero tot peccata mortalia committit, quot personis corpus Christi distribuit: an unum solum, eo gravius, quo pluribus Eucharistiam administrat: responso supra, decisionem cer-

tam a me dari non posse; nec valde interesse eam scire, cum sciamus hunc graviter peccare, & eo gravius, quo pluribus sacramentum corpus dispensat.

XXII. Quid de Subdiacono solemniter obtinente officium suum, dicendum? Res non adeo comperta est. Probabilior tamen mihi videtur sententia adfirmans.

XXIII. Quæst. XII. Peccant ne mortaliter Consecrati Sacerdotes, verbum Dei predicantes letali culpa inquinati? Resp. Adfirmat Caietanus in III. Part. quæst. lxxv. art. 8. ad 1. Merbicus III. Part. quæst. xv. ref. 3. Farvacquesius quæst. vii. §. 3. Iuvenij art. v. cap. 111. art. 2. Turnely quæst. vii. art. 3. conc. 2. Bouchat Tom. XII. pag. 460. Andreas de Santlay in Panop. Sacra. Part. II. Lib. IV. art. 2. Navarrus in Enchiridio, Iacobus Boudartius in Manual. Theolog. Tom. II. tract. 1. §. 4. quæst. vi. Henricus a S. Ignatio Tom. III. Lib. I. cap. XV.

XXIV. Hanc eandem sententiam docere videtur S. Thomas in IV. dist. xix. quæst. 11. art. 2. ad 2. ubi hæc habet. Docere sacras Scripturas dupliciter contingit; uno modo ex officio prædicationis . . . alio modo ex officio magisterii; sicut Magistri Theologie docent. Dicunt ergo quidam, quod ille qui primo modo docet, peccat mortaliter, si vi in peccato mortali notorio: non autem ille qui secundo modo docet. Sed hoc est falsum: quia eorum qui docent sacras Scripturas, est idem finis; & eorum qui sacras Scripturas edicunt. Unde cum ad hoc ordinetur Scriptura editio ut ad vitam æternam homo perveniat, quicumque impedit finem docendo, docendo peccat. Impedit autem qui sacras Scripturas in peccato docet, quia ore loquitur non corde, factis autem negat. Et dicendum, quod ille qui est in peccato notorio, peccat, si vive fit, si vive fit docet. Sed ille qui est in peccato occulto, peccat, si primo modo docet: non autem, si secundo.

XXV. Dominicus Soto in IV. dist. 1. q. v. art. 6. limitat doctrinam S. Thomæ, contendit peccare Concionatorem, si kelus distinctio confertis non videtur receptum S. Thomæ doctrinæ. Ceterum hanc fano doctrinam peccatorem in II. Cor. ap. ad folos, ac publicos predicantes in II. Cor. ap. ad folos, I. refringeri videtur S. Doctor. Inquit enim ex Gregorio: Cuius vita despiciatur, restat ut eius prædicatio contentetur. Unde publicus & famulos peccator cavere sibi debet ne prædicet, alias peccat. Que mihi probabiliora videntur, hæc sunt. Concionator, oculus peccator, si vitia sua detulerit, si corde humilis, & si-

& sincero veniam postulare contendat; non crederem illum graviter delinquere, si ante culpam abolitionem verbum Dei emittat. Contra, si verba simulatione, & subdola hypocriti tectus, in vitis sordesceret, & subdola facerem quorum alios arguit, flocci ipse faceret: immo admitteret; si pecunis, honoribus, & dignitatibus, quorum contempationem suadet, manifestis ambitione inhiaret: quis a sacrilega profanatione exulare? Profanatur enim, inquit alibi S. Thomas, verbum Dei aut per blasphemiam, aut per quæstum. Serio Concionatores perpendant Apostoli verba. Qui alium doces, teipsum non doces: qui prædicat non furandum, furaris: qui dicit non machinandum, machinatur: qui abominari idola, sacilegium facis: qui in lege glorioris, per peroracionem legis Deum inhonoras: ad Rom. cap. 11. Hæc altius memoria commendat, animoque imprimat Concionatores, curentque ne eorum opera confundant illorum sermonem. Peccent nec ne mortaliter peccato inquinati Concionatores, illud certum est & indigne tantum ministraverim eos tractare, & quantum per ipsos fiat, frustum divini seminis impedire.

XXVI. Quæst. XIII. An minister sibi peccati mortalis conficius tenetur sacramentaliter confiteri, antequam sacramentum administret, si adsit copia Confessarii, & non urgeat necessitas succurrendi periculis? Resp. Negant Probabilitates plures, quos inter P. Dominicus Viva quæst. 1. art. 4. num. 4. ubi hæc habet. „Notandum tamen, quod exilensis in mortali non debeat necessario præmittere confessionem administrationi sacramenti, cum satis sit ut conteratur: nullum enim huiusmodi præceptum habetur neque naturale, neque divinum, neque ecclesiasticum, neque ex consuetudine. Dumtaxat sicuti in Eucharistia præmittenda est confessio.“

XXVII. Recensita doctrina mihi & falsa, & laxa videretur. Nullum est præceptum præmittendæ confessionis? An præceptum non est cavendi grave, & valde probabile periculum profanandi sacramenta? Nonne præceptum illud naturale, & divinum quo iubetur, sancta sancte tractanda esse, alitringit quoque ut vitetur periculum magnopere probabile indigne illa ministrandi? Porro minister qui Confessarii copiam habens, & confitendi tempus opportunum, conscientiam a peccatis mundare per confessionem negligit, periculo voluntarie se exponit, nulla urgente gravi necessitate, sancta indigne tractandi. Quod paucis evinco. Nonne Probabili-

ter omnes fatentur, contritionem perfectam, necessariam ad peccati remissionem, difficillimam esse, arduam, & ita raram, ut in paucis ardeat? Sed quid Probabilitatis appello? cum ipse Catechismus Concilii Tridentini aperte difficultatem hæc declareat II. Part. cap. v. §. 36. his verbis: *Ut enim hoc concedamus, contritione peccata deleri, quis ignorat illam adeo vehementer, acrem, & ipsentiam esse oportere, ut doloris acerbitas cum festum magnitudine æquari, conferrique possit? ut quoniam pauci admodum ad hunc gradum perveniunt, fiebat etiam ut a paucissimis hæc via peccatorum venia speranda esset &c.* Ideo clementissimus Deus, concludit Catechismus, claves regni caelestis Ecclesie tradidit. Hæc certa doctrina constituta, sic arguuntur. Qui administret sacramentum in materia, vel forma incerta, cum certa in promptu sit, peccat mortaliter: quia periculo exponit sacramentum invalide administrationis. Ergo qui administret sacramentum cum remedio sue indignitatis valde incerto, & raro, certo quod ad se neglecto, se exponit gravi periculo indigne administrationis. Nec vis Probabilitatis argumentationem hæc infringit. Administret illud, inquit, probabiliter digne. Esto. Sed probabiliter est illud administrari indigne. Quod enim difficillimum, & rarum est, in paucioribus contingit. Ergo probabiliter est perfecta contritio communiter succedens non esse ministris peccato inquinatis. Porro sicut probabilitas materia, vel forma, relicta certa quæ ad se, non aufert periculum administrationis invalidæ; ita probabilitas contritionis incertæ, & rara, neglecto confessionis remedio certo, & obvio, non tollit periculum administrationis indigne. Nec enim minus in re necessaria est contritio perfecta ad iustificacionem ministris peccatoris, quam sit necessaria in re vera materia, aut forma ad sacramenti integritatem: & quemadmodum probabilitas non efficit ut materia, aut forma inepta evadat apta ad sacramentum validum; sic probabilitas prælitare nequit ut contritio imperfecta evadat perfecta, qualis requiritur ad peccati abolitionem; sed in utroque casu & materia valida certa, & contritio perfecta certa requiritur. Ergo non minus sacrilege administrat qui incertus de contritione perfecta, negligit certum confessionis remedium, quam invalide administret qui utitur materia vel forma probabiliter dubia, quoties certam peccato habet.

XXVIII. Accedit, contritionem perfectam non abolere peccatum absque sacramenti vo-

to.

to. Siquidem Concilium Tridentinum sess. xiv. cap. vi. docet reconciliacionem ipsi contritioni, sine sacramenti voto non esse adscribendam. An præsumi hoc votum sincerum in eo ministris potest qui cum habeat & tempore opportunum, & Confessarii copiam, potentiam sacramentum omittit? An reponit Probabilitatem, eiusmodi ministrum habere votum confitendi in pascate? Per totam anam ergo absolvet, necbit, dispensabit corpore Christi? Hæc ne paradoxa deglutiatur? Confirmantur hæc omnia auctoritate Concilii Tridentini sess. xiii. cap. vii. ubi statuitur, præmittendam esse a Sacerdote peccati mortalis sibi conficio confessionem sacramentalem, antequam celebret, quantumvis sibi contritus videatur: dummodo lubid cap. xi. non desit illi copia Confessarii. Quod si necessitate urgente Sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur. Neque hoc consilium est, sed præceptum: neque illud quamprimum intelligitur, ut contumescere cogatur, sed prima opportunitate sitatur suo tempore; sed prima oportunitas comte data. Præfata quippe de Caluistiarum comtemna damnavit Alexander VII. præfatis 38. & 39. Quasvis autem Eucharistia sit omnium sacramentorum sanctissimum; & nunquid hæc Tridentina Synodus iubet ut Sacerdos, licet sibi contritus videatur, præmittat confessionem sacramentalem celebrationi, legitime inferendum videtur, præmittendam quoque esse administrationi aliorum sacramentorum. Nonne contritio perfecta æque delet peccatum in celebrante Missam, ac ministrante abolitionem? Nonne æque incerta & difficillima est contritio perfecta in Sacerdote qui celebrat, ac in Sacerdote qui absolvit? Nonne mortaliter peccat tum qui indigne celebrat, tum qui indigne absolvit? Discrimen solum est quod gravior peccet indigne celebrans ob maiorem sacramenti sanctitatem. At hoc non tollit quin mortaliter peccet Sacerdos peccator qui indigne absolvit. Ergo cum in utroque casu æque incerta sit, & rara perfecta contritio, sequitur in utroque casu ad tollendam hæc incertitudinem, & periculum indigne tractandi sancta, præmitti confessionem debere.

XXIX. Hæc omnia non consistant modo, sed docet Catechismus Concilii Tridentini II. Part. cap. v. §. 45. his conceptis verbis: *Item si quid salutaris nostre ratio postulet, confiterentur, profecto quoties vel mortis periculum imminet, vel aliquam rem tractare aggredimur, cuius tractatio homini peccatis contaminato non conveniat, veluti cum sa-*

cramentum administramus, aut percipimus, toties confessio præmittenda non est. Quid ad hæc P. Viva? An nobis oportet, Diana, Eleobar, Gobat, & alios eiusmodi? Sed Ecclesia sui Catechismi doctrinam, seque opinioem sui Confessarii copiam, locum conficiendi Casuistarum, nobis præmittendam imponit. Et sane mirari falsi non vacat Auctores istos, qui relictiis regulis ab Ecclesia in suis Conciliis, & Ritualibus præscriptis, commenta quorundam neotericorum propugnanda suscipiunt. Nam præter Catechismum, Rituale quoque Romanum hæc confessionem præmittendam monet. Sacerdos, si fuerit peccati mortalis sibi conficius (quod absit) ad facerendum administrationem non audeat accedere, nisi prius corde penitent. Sed si habeat copiam Confessarii, & temporis, loquique ratio ferat, convenit confiteri. S. Carolus Borromeus in Actis Ecclesie Mediolanensis par. iv. Sacerdos, inquit, ad sacramenta ministranda vocatus, primum solvetur, & intime recogitare debet, an aliquis peccati mortalis sibi conficius sit. Quod si verum se ipse novit; prius sacramentali confessione se expiare studet; contritionem certe habere quam diligentissime curat, si sibi copiam non habeat Confessarii. Confilia ne hæc esse iniquent, non præcepta? Hæc scilicet consilia, hæc documenta, hæc instructiones sunt quas Ecclesia Episcoporum voce nobis sequendas imponit. Qui, his neglectis, adhaere potius voluit quorundam Casuillarum, quos certe Deus non constituit regere Ecclesiam suam, plactis, caveant ne suo indulgentes genio, & se, & alios fallant.

XXX. Ut laxam quoque reitissimam opinionem Salmanticensem, qui tract. 1. cap. vii. par. 11. num. 107. hæc scribunt. „Immo, si confessionem sacramentalem in peccato mortali tantum adiat, dummodo habeat propositum confitendi, vel habeductum contritionis, antequam verba absolutio- nis proferat (non peccat mortaliter) ut docent Henriquez, & Diana.“ Audit ergo penitentis criminibus, interrumpere sacramentum debet Confessor, ut implet propositum confitendi, vel ut ad contritionem excitandam sese disponat? An actio sacramentalis non incipit, continuo ac potens supponit Ecclesie clavibus peccata sua, & minister pro tribunali audit? Ad momentum illud quod applicanda est forma materiae, protrahere ministris valent aut contritionem, aut executionem propositi confitendi? Hæc paradoxa imbecillitati mee apparent. Si me errare

errare sapientes indicant, ignorantiae meae veniam impetiant.

CAPUT XII.

Quando, & quibus ministri dispensare sacramenta tenentur.

I. Omnes Sacerdotes curam animarum habentes, divino iure administrare sacramenta tenentur suis parochianis: pastor quippe alere gregem suum debet. Concilium Tridentinum *sess. xxiii. cap. 1.* debitum exponit his verbis: *Præcepto divino mandatum est omnibus quibus animarum cura commissa est, oves suas cognoscere, pro his sacrificium offerre, verbiq; divini prædicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cetera munia pastor alii incumbere.* Neque tantum rogati ex iustitia administrare adstringuntur Parochi; verum etiam ipsi sepe inquirere debent, num oves sacramentis indigeant. Pastorum quippe est invigilare super ovium necessitatibus, & indigentis. Ministrare sacramenta debent & in gravi necessitatis periculo, & extra necessitatem, quoties rationabiliter ea postulant parochiani; ut communiter docent omnes. Unus illud contraxit animarum curam, dum officium suscepit. Et non modo sacramenta ministrare, verum etiam iustruere, illuminare, solari oves suas debent evangelici pastores.

II. Saluberrimum est momentum quod *Act. part. iv. exhibit S. Carolus Borromæus. Quæcumque vero diei, vel noctis hora ad sacramenta infirmis ministranda Parochus vocabitur; eum præcipuum eius munus, cuius causa a religioso populo separatur, ab Ecclesiaque sustentatur, præter cetera, eorum administratio sit.* Nullam tam sanctis pietatis officii moram interponit; immo populum sepe numero, prope accessu iuleris, accurate promovebit; ut cum opus est parochiali administratione, atque officio, quamprimum, & libere se offerat, nulla habita neque temporis, neque loci distantia, neque alterius cuiusvisque incommodi ratione. Dum vero accedentur, subdit sanctus Archiepiscopus, tantum abesse debet ut verbis, vel vultu, vel alio signo ostendat de gravate iurum, quia portus illius cui ministrare debet, salutis desiderio de accensum patrem præbens, verborum benignitate, vulgare hilaris, caritatem paternam significante, & libentissime, & ut potest celerissime accedat.

III. Quare peccant Parochi, superioresque omnes qui se morosos, aegros, amatos, difficileque subditis præbent in iis præstantis quæ ex officio porrigere debent. *Ve illis qui hirsuto vultu, qui fronte contracta & caperata, aliisque signis subditos absterrent, reiciunt, contristant.* Tum enim ad petenda necessaria, & congrua animarum subsidia accedere subditi non audent. Quapropter absurda quæ hinc consequuntur, in superiorum animam recidunt. Pastorum, & superioribus omnibus quibus animarum concreta cura est, vultus hilaritate, verborum suavitate, & comi tractatione ut alliciant sibi oves suas, curandum est. Huc illo rationum officium pertinet. Adversus debitum istud plus minusve peccare possunt iuxta temporum, necessitatum, & subditorum diversitatem.

IV. Animarum Pastores, & curatores omnes tempore pestis attinguntur cum vite periculo sacramenta ministrare subditis suis, morbo contagioso infectis; ut Patres omnes docent, dum explicant oraculum Christi *Io. x. Bonus pastor animam suam dat pro omnibus suis.* Id similiter prætare ex iustitia tenentur, dum parochiani in extrema necessitate versantur. Quare non pastores, sed mercenarii illi sunt qui tempore pestis fugiunt; nisi de Episcopi consilio id faciant, idoneoque ministris subditi. Veri pastores, non que sua sunt, sed que ad gregis salutem pertinent, quaerunt. Omnes curam animarum habentes serio meditentur divanæ increpationem quam adversus eiusmodi pastores Propheta *Ezechiel cap. xxiv. describit. Ve pastoribus Israel qui pascebant semetipsos: nome greges a pastoribus pascentur? Lac comedebatis, & lanis operiebimini; & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis; & quod aegrum, non sanastis; quod confractum est, non alligastis; & quod abiectum est, non reduxistis; & quod perierat, non quaesistis; sed cum austeritate increpabatis eis, & cum potentia. Et dispersa sunt oves meae, eo quod non esset pastor. Et facta sunt in devotionem omnium bestiarum agri, & dispersa sunt ... Propterea pastores audite verbum Domini ... Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos, ut ultra non pascent gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos.*

V. Hoc pabulum limitant Probabilissimum non pauci ad duo sacramenta necessitate, baptisimum nempe, & poenitentiam. Sed re-

lit.

strictio iniusta est. Ex iustitia quippe vitium, & extremam inveniorem ministrare astringuntur, ut ego quidem arbitror; quia utrumque hoc sacramentum divino præcepto suscipiendum iubetur; ut infra cum de his sacramentis sermo erit, declarabitur.

VI. Non modo pestis, verum etiam perfectionis militaris tempore commorari Pastores debent cum ovibus suis, vel in talem locum se recipere, ex quo succurrere illis facile queant. Si omnes parochiani fugerint, omittit eisdem Pastores possent. Ineumbit utique ipsis Ecclesiar, & sacrorum valorum custodia; sed hæc, nempe calices, pixides, olea sacra, & cetera seculum aptortare valent; & sacras hostias consumere, etiam non ieiuni, si timeant hæc surripienda, & male tractanda a militibus. Fugere Pastores non debent, dum oppidum obsessum capitur armata manu: quia vix contingere potest ne plures parochiani extreme indigent.

VII. Deficientibus tempore pestis Parochis, Sacerdotes privati tenentur etiam cum proprie vite periculo sacramenta ministrare extreme egentibus, & communitati peste laboranti aliter. Bonum enim commune preferendum privato est. Circumstantia tamen spectande sunt.

VIII. Sacerdotes ordinum mendicantium potissimum, deficientibus Parochis tenentur vi proprii instituti, & caritatis præcepto sacramenta ministrare peste laborantibus. Sunt quippe Episcoporum, ac Parochorum cooperatores, & laborum suorum participes, inquit *Clemens V. in Bulla Dudum de sepulturis.* Hi præ requisitis Sacerdotibus ad id astringuntur, quod hic pertinet eorumdem institutum, & quod populorum oblationibus, & elemosynis vivant. Ideo enim civitates, & oppida mendicantes Fratres ad se vocantur, Conventus, & Ecclesias illidem edificarunt, elemosynas in dies offerunt, ut auxiliariis copiis tempore spiritualis belli promptas habeant. Quando itaque contagium in civitate, in oppidis grassatur, & animarum curatores hand iusticiunt, prætare subsidia necessaria caritatis præcepto Regulares mendicantes tenentur, cum illorum professio animarum salutem spectet. Nec ipsi tunc fugere licite possunt; sed Prælati iubenti ut pesse infectis sacramenta ministrant, obedire debent. Immo ipsi Religiosi vitam contemptivam profitentes, si necessitas urgeat, & desint alii Sacerdotes, succurrere proximo extreme laboranti astringuntur. Quandoquidem vite contemplativæ professio non eximit ab

observantia legis naturalis, quæ iubet ut proximo extrema necessitate preffo auxilium pro viribus conferatur.

IX. Quærit. I. *Licite ne administrari sacramenta indigno volunt?* Resp. Negant omnes; cum sit expressum Christi Domini mandatum, id vetans *Matth. vii. Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos.* Sacerdotes enim sunt dispensatores sacramentorum: ergo fideles sint necessum est. Fideles autem, prudentesque minime essent, si indignis profananda sacramenta porrigeret. Nec satis illis est non ministrare eadem indignis; sed id prætare debent, ut prudenter presumere possint esse dignos qui ad sacramenta suscipienda accedunt; ita ut pro sacramentorum diversitate maiorem ad minorem diligentiam adhibeant. In sacramento poenitentia, in cuius administratione iudicis personam sustinet sacri ministri, exactior habenda notitia est de poenitentis dispositione. Similiter promovendum ad sacros ordines, cum sacramentum istud bonum commune spectet, mores, & indolem investigare Episcopi debent.

X. Quærit. II. *Administranda ne sacramenta sunt peccatori occulto, vel publico?* Resp. Peccatori occulto publice petenti sacramenta deneganda non sunt; sicut Christus Dominus Iude sanctissimum Eucharistiam non negavit, sed præbuit, ne eum diffamaret. Divini magistri exemplum imitandum omnibus est. Peccatori sacramenta sunt, nisi sufficientia dederit poenitentiae sincere argumenta.

XI. Heinc peccatoribus publicis neganda sacramenta sunt, five publice, five occulte petentibus; tum ne sacramenta indignis porrigantur; tum ut evitentur publicum scandalum. Ita docent Patres omnes. Crimen publicum dicitur ad iure, aut factu seu fama, ut alibi explicatum est. Deneganda ergo sacramenta sunt omnibus comitis, tragædis, mulierculis cantatricibus, pluriis, saltantibus in theatris, publicis concubinariis, feneratoribus, adulteris, ceterisque id genus.

XII. P. *Claudius La-Croix Lib. VI. part. 1. num. 138. contendit, doctrinam hanc veram esse ordinariæ; secus, si mortis metus immineret.* Tum enim cum P. *Gobius Tom. I. num. 273. Dicalillo num. 292. Sporer num. 188. Elocbar num. 357. & aliis ministranda sacramenta ait, nisi petantur in odium fidei, vel contemptum religionis.* Quoniam, inquit, citati Auctores notant, præceptum non ministrandi sacramenta indignis non esse pure